B I B L I O T H E C A

S C R I P T O R V M G R A E C O R V M E T R O M A N O R V M

T E V B N E R I A N A

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

EPITOME
DIVINARVM INSTITVTIONVM

EDIDERVNT

EBERHARD HECK

ET

ANTONIE WLOSOK



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCIV

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Lactantius, Lucius Caecilius Firmianus:
[Epitome divinarum institutionum]
L. Caeli Firmiani Lactanti Epitome divinarum institutionum /
ed. Eberhard Heck et Antonie Wlosok, – Stutgardiae ; Lipsiae :
Teubner, 1994
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
Einheitssacht.: Divinarium institutionum epitome
ISBN 3-519-01933-7 kart.
ISBN 3-519-01934-5 Gb.
NE: Heck, Eberhard [Hrsg.]

Das Werk einschließlich aller seiner Teile ist urheberrechtlich geschützt. Jede Verwertung außerhalb der engen Grenzen des Urheberrechtsgesetzes ist ohne Zustimmung des Verlages unzulässig und strafbar. Das gilt besonders für Vervielfältigungen, Übersetzungen, Mikroverfilmungen und die Einspeicherung und Verarbeitung in elektronischen Systemen.

© B. G. Teubner Stuttgart und Leipzig 1994
Printed in Germany
Satz: pagina GmbH, Tübingen
Druck und Bindung: Präzis-Druck GmbH, Karlsruhe

VIRIS REVERENDISSIMIS

QVI NOBIS LACTANTIO DEDITIS

FAVTORES SEMPER FVERVNT

HANS FREIHERR VON CAMPENHAVSEN

HEINRICH KRAFT

HOC VOLVMEN

GRATA RECORDATIONE

DEDICAMVS

PRAEFATIO

1. De Epitomes usque ad nostra tempora fortuna

L. Caelius Firmianus qui et Lactantius[1] annis fere 304–311 septem *Diuinarum institutionum* libros composuit[2]. Quos postea iterum ut ederet ipsum retractasse manifestum est[3]. Hanc alteram Institutionum ipsarum editionem, quam Lactantius Constantino dedicaturus erat, ne absolueret, impeditus esse uidetur morte fere a. 325 obita. Sed iam antea[4] confecerat quasi alteram editionem licet minorem, tamen emendatam[5], cum scriberet *Epitomen diuinarum institutionum* uno uolumine comprehensam. De ratione breuiandi qua usus est Lactantius infra[6] agetur; interim commemoramus eum haud libenter opus magnum in minus redegisse uideri[7],

[1] De nominibus Lactantii sic restituendis cf. A. Wlosok, HLL 5 (1989) 378 post S. Brandt, Ed. I (1890), VII n. 1.

[2] Cf. E. Heck, Die dualistischen Zusätze und die Kaiseranreden bei Lactantius, 1972, 143–150; Wlosok l. c. 390 sq.

[3] Cf. Heck l. c. passim, praesertim 168–170. 194 sq.

[4] Cf. Heck l. c. 53–55. Quando Epitome scripta sit, non satis certum est; praef. 1 Lactantius dicit Institutiones *iam pridem* se edidisse; ueri simile est Epitomen circa a. 320 esse confectam. Cf. M. Perrin, Ed. (1987) 14–16.

[5] Talem descripsit Epitomen Brandt, SAWW 125, 1891, 9.

[6] V. infra p. XVII-XXIV.

[7] Lact. epit. praef. 1–4. Perrin, Ed. 20 sq., sec. I. Opelt, RAC 5 (1962) 958 et 966 sq., probabiliter coniecit Lactantium ipsum opus magnum breuiasse, ne alii se occuparent. Quin Lactantius ipse Epitomes auctor sit, dubium non est; cf. Brandt, SAWW 125, 1891, 3–9; Perrin, Ed. 7–14.

sed admonitum a lectoribus, qui Institutionum uolumina nimis longa existimarent. Quod quidem auctor ipse abnuit (praef. 1), cum Tulliano fere more[8] causam scribendae epitomes inducat eam, ut Pentadio fratri quem appellat liber dedicetur. Tamen Lactantius occasione data usus est ad materiam retractandam, res nonnumquam aliter disponendo clarius exprimendam, necnon interdum nouas res locosque in Institutionibus non laudatos inserendo etiam breuiando augendam[9].

Post Lactantium neminem uidemus Epitome usum esse nisi eum, qui saec. IV fere medio composuit libellum 'Quod idola dii non sint' inscriptum. Quem pendere ex Lactantio, ergo – pace Hieronymi et Augustini – falso adscribi Cypriano procul dubio demonstrauerunt H. Diller et B. Axelson[10]. Non modo Institutiones adhibuit ille anonymus, sed etiam Epitomen[11]: unus qui ad probandum sufficiat locus est Ps. Cypr. idol. 11 p. 28, 7–8 Hartel (de Christo) *hic est uirtus dei, hic ratio, hic sapientia eius et gloria*, cui loco extra Lactantium nihil et apud Lactantium nihil respondet nisi epit. 37, 2. Accedunt idol. 6 p. 23, 15–16 de daemonibus – praeter Min. Fel. 26, 9 et Lact. inst. 2, 14, 9 saltem iunctura *regi . . . praedicabat* epit. 23, 2 debetur – et 11 p. 28, 11, ubi

[8] Cf. quae Cicero dicat de Varrone similia desiderante, e. g. Att. 4, 16, 2. 13, 18, 2. 13, 19, 3.

[9] Cf. recens Perrin, Ed. 25–36.

[10] H. Diller, Philologus 90, 1935, 100–114; B. Axelson, Eranos 39, 1941, 67–74, quos non refellit M. Simonetti, Maia 3, 1950, 265–288. De ea re proxime aget Heck in 'Jahrbücher für Antike und Christentum', Ergänzungsband 22, 1995.

[11] De idol. 11 p. 28, 7–8 Diller 112; amplius Axelson 71, qui ceteros quos laudamus locos attulit. Operae pretium est libellum diligentius quam adhuc factum est perscrutari.

non modo inst. 4, 13, 4, sed etiam, quod ad uocem *perducat*, epit. 37, 9 adhibetur. Cum ea res adhuc non satis diligenter explorata sit, interim aptius quam propriam apparatus sectionem (nota 'Test.' inscribendam) instituere putauimus locos, quos modo ex libro 'Quod idola' laudauimus, nostro locorum indici inserere atque hic rem breuiter adumbrare.

Praeterea Hieronymus tantum Epitomes mentionem fecit, cum de Lactantio ageret uir. ill. 80, 2: *epitomen eiusdem operis* (i. e. Institutionum) *in libro uno ἀκεφάλῳ*. Si ἀκέφαλος dici potest liber, cuius nonnisi ultima tertia pars extat, duae primae partes perierunt, fieri potest, ut Hieronymus Epitomen eatenus legerit, quatenus usque ad initium saec. XVIII extabat, i. e. ab 51, 1 usque ad finem[12]. Sic enim exhibetur Epitome liber decimus corporis operum Lactantii, qui sunt VII libri Institutionum, libri De ira dei et De opificio dei et dicta pars Epitomes, in codicibus B et P (qui epit. 51, 1–61, 6 tantum continet)[13].

Per saec. XV ex B, qui fere a. 1420 innotuisse uidetur[14], nonnulli codices descripti sunt[15]. Typis impressa

[12] Hieronymum nonnisi ea legisse, quae extent in B, pro certo habent Maffei (infra n. 24) 456; Pfaff, Ed. praef. 14; Brandt, Ed. I, LXIX. LXXV; recte cautius Davies, Ed. praef. Cum amissa pars tanta sit, ut uix 'initio carens' liber dici possit, praesertim cum omnes codd., etiam T, ante 51. 1 nouam exhibeant inscriptionem (u. infra p. XXXIII sq.), putamus fortasse in Hieronymi exemplo minus defuisse quam in codd. praeter T. Sed forsitan Hieronymus Institutionibus non allatis nescierit, quantum deesset, cum c. 51 a *nam* incipiente mutilum esse librum satis appareret.

[13] De codicibus B et P u. infra p. XXXI sq.

[14] Cf. R. W. Hunt, M&H 14, 1962, 3–6, praesertim 3 sq.

[15] De recentioribus u. infra p. XXXII sq.

est Epitome quatenus extabat aliis Lactantii operibus subnexa primum Venetiis a. 1472[16], cum Institutionum editio princeps iam a. 1465 prodisset[17], deinde ibidem saepius usque ad 1497[18]. Editiones operum Lactantii[19], quibus deinde I. Parrhasius (Venetiis 1509), I. B. Egnatius (Aldina, Venetiis 1515) et alii textui emendando operam dederunt, usque ad eam, quam curauit C. Cellarius (Lipsiae 1698), exhibent Epitomes dictam partem, quam alii (uelut Egnatius) in 9, alii (uelut X. Betuleius, Basileae 1563) in 12, alii (uelut Cellarius) in 8 capita digesserunt[20].

[16] Opera Lactantii a 1465 usque ad 1500 impressa descripsit numeris 9806–9825 L. Hain, Repertorium bibliographicum in quo libri ... usque ad annum MD typis impressi ... recensentur, 2, 1, Stutgardiae / Parisiis 1831. De editionibus Lactantii Brandt, Ed. II 1 (1893), XXXIX-LXXXI diligenter egit, de ed. principi Epitomes (Hain 9810) XLVI sq. Eam nobis lucis arte depictam ministrauit Bibliotheca publica Bauariae Monacensis. Editiones Lactantii usque ad 1786 etiam ap. C. T. G. Schoenemann, Bibliotheca historico-literaria patrum Latinorum 1, Lipsiae 1792, 180–248.

[17] Cf. Brandt, Ed. II 1, XLII sq. (Hain 9806).

[18] Vidimus edd. a. 1472 (Hain 9810), 1478 (Hain 9813), 1494 (Hain 9817), 1497 (Hain 9818). Hi libri impressi haud pluris aestimandi sunt quam codices descripti; pendere uidentur ex cod. Paris. lat. 1671 uel adfini; exhibent e. g. eandem monstruosam inscriptionem *Nephythomon Lactantii Firmiani incipit* et subscriptionem *In ephythomon* (uel *In Nephyt-* uel *Nephyt-*) *tractatus finit*, praeterea epit. 63, 2 p. 103, 11 ante *mala* idem *in* perperam insertum.

[19] Cf. Brandt, Ed. II 1, L-LXIV. Editiones quas nominamus necnon aliae ab a. 1478 usque ad a. 1698 impressae nobis praesto fuerunt in Bibliotheca Uniuersitatis Tubingensi.

[20] Capita primus subtilius distinxit Cellarius; u. infra p. XL.

1711 demum comparuit tota paene Epitome – excepta lacuna parua[21] – in codice T[22]. quem duo uiri docti simul inuenerunt: S. Maffei et C. M. Pfaff[23]. Maffei statim litteris ad A. Zeno missis necnon publici iuris factis[24] codicem descripsit et textum epit. praef. 1 – 5, 4 tantum transscripsit, sed tam diligenter, ut etiam nostrae aetati exemplo sit; nonnullis locis ea, quae T perperam reddit, notis correxit. Pfaff quidem anno post editionem principem totius Epitomes curauit (Parisiis 1712), sed minore cura adhibita[25]; nonnulla menda 'secundis curis' postea cum aliis editoribus communicando correxit[26]. Interdum codice T tradita temere mutauit (e. g. 22, 8 p. 27, 21), nonnullis locis textum incertum recte restituit (e. g. 33, 7 p. 46, 18–47, 1).

[21] Epit. 14, 4/5 p. 15, 11–12; cf. infra p. XXV et n. 76.

[22] De codice T u. infra p. XXV-XXXI.

[23] De Epitome inde a Taurinensi reperto per saec. XVIII a uiris doctis tractata u. Brandt, Ed. I, LXXVI-LXXX; Heck, Philologus 137, 1993, 110–121, praesertim 112–119.

[24] S. Maffei, Giornale de' letterati d'Italia 6, 1711, 449–484; de codice T 455–473; transscriptio supra laudata 458–465. Haec nobis taenia lucis arte depicta ministrauit Bibliotheca Uniuersitatis Heidelbergensis. Paucissimis erroribus, quos enumerat Heck l. c. 113 adde, quae adnotauimus ad epit. 1, 3 p. 2, 14, ubi Maffei *pulchritudinem* scribit neque notat litt. *ch* uel potius *c* angulo abscisso perisse.

[25] Cf. Brandt, Ed. I, LXXVII; Heck l. c. 114 sq. et e. g. infra ad 55, 5 p. 85, 18.

[26] 'Secundas curas' locorum, quos Pfaff perperam ediderat uel coniecturis mutare uolebat, ab eo sibi relatas dicit Bünemann saepe, e. g. praef. 1 *aliquid* recipiendum, 33, 10 ordinem uerborum *esse sine delicto*, pauca Lenglet ex 'autographo Pfaffii', e. g. 37, 1 *ipse* recipiendum. Cf. Brandt, Ed. I, LXXVII sq.; u. infra ad 29, 8 p. 40, 20. 48, 8 p. 71, 12.

Pfaff unicus fons erat editorum qui secuti sunt[27], J, G. Walch (1715)[28] et J. Davies (Davisius, 1718)[29], qui primus Epitomen totam notis enerrauiit in primis ad textum constituendum pertinentibus; Davies nonnullos locos emendauit (e. g. 35, 5 p. 50, 5), sed etiam, ubi Pfaff mutauerat, tradita restituit (e. g. 11, 2 p. 12, 10)[30].

Ut non ipso Taurinensi, ita Maffeiano apographo usus est uir doctus, quem 'Anonymum Britannum' uocare consueuimus, qui a. 1734[31] Epitomen nonnullis locis feliciter emendauit (e. g. 36, 2 p. 50, 11) aut tradita defendit (e. g. 41, 8 p. 61, 19). Nec illo quidem apographo ipso cognito tamen Taurinensi niti sibi uisi sunt C. A. Heumann (1736) et J. L. Bünemann (1739), cum priores editores inde a Pfaff corrigerent 'manuscriptum' laudantes 'teste Clerico' uel similiter. Eos tamquam in foueam inlexerat J. Le Clerc[32], qui 1727 ea, quae ret-

[27] De operibus Lactantii post 1712 editis u. Brandt, Ed. II 1, LXIV-LXX.

[28] Nihil attulit nisi disputationem, qua negauit Epitomen Lactantii opus esse; cf. Heck, 1993, 116 n. 33.

[29] Hanc editionem perraram nobis taenia lucis arte depictam ministrauit Bibliotheca Uniuersitatis Gottingensis; ceterae abhinc laudandae pluribus locis extant (nos adiuuerunt Bibliothecae Uniuersitatum Heidelbergensis et Tubingensis necnon Bibliotheca Seminarii Episcopalis Moguntiacensis).

[30] Davies et Perrin (1987) Epitomen solam ediderunt; quam fecit E. H. Blakeney Epitomen 'edited and translated with a commentary' (Londinii 1950), silentio praetereunda.

[31] Lactanius, Epitome diuinarum institutionum, in: Miscellaneae obseruationes criticae ... ab eruditis Britannis anno MDCCXXXI edi coeptae 4, 1734, 20–29. 409–430 (nobis lucis arte depictum ministrauit Bibliotheca publica Monacensis). Cf. Heck l. c. 116.

[32] J. Le Clerc, Bibliotheque ancienne et moderne 27 (sic, non

tulerat Maffei, in Gallicam linguam conuertit auctore suo mirum in modum celato, unde apud editores 'Anonymus Clerici' apparet, qui re uera Maffei est[33], sed Maffei foedatus. Nam epit. praef. 1 – 5, 4, quae transscripserat Maffei, incredibili neglegentia reddidit – 32 locis textum grauiter corrupit, totidem fere aliis scripturam codicis non obseruauit. Hunc nimia fiducia secuti Heumann et Bünemann pluribus locis textum mutauerunt (e. g. 2, 3 p. 3, 5 *rerum* omisit Le Clerc, eiecit Heumann) uel textum traditum uelut a Pfaff emendatum receperunt (e. g. 3, 2 p. 4, 18 *et uates*, quae omiserat Le Clerc). Le Clerc etiam id adsecutus est, ut 4, 1 p. 5, 12 *et* a se neglegenter insertum hucusque reciperetur; quod hospitium prorogare noluimus[34].

Cum Heumann persaepe textum coniecturis mutaret, Bünemann recte a Brandt ut optimus antecessor laudatur[35] praesertim, quia, fortasse plus quam Brandt postea, textui tradito intellegendo et seruando operam dedit, e. g. 18, 3 p. 19, 3 et 22, 1 p. 26, 6.

A Pfaff magis quam a Le Clerc stabat N. Lenglet-Dufresnoy[36], qui 1748 editionem a J. B. Le Brun inchoatam absoluit; ad Epitomes textum nihil fere attulit nisi quod ad 29, 8 (infra p. 40, 20) laudat Pfaff sibi coniecturam optimam *aut* pro *at* tradito communicantem. Cum nemo nec T ipsum nec Maffei inspiceret, textus usque ad 5, 4 incertus esse non desiit, quod cognosci

'17'), 1727, 325–354 (praesto in bibliotheca Tubingensi); cf. Brandt, Ed. I, LXXVII sq.; Heck l. c. 116 sq.

[33] Quod iam repperit Heumann, Ed. fol. b 3–b 4; cf. Heck 117 n. 41.

[34] Cf. Heck l. c. 119 sq.

[35] Brandt, Ed. II 1, LXVI sq.

[36] De hac editione Brandt Ed. II 1, LXVII-LXIX.

potest ex editione minore, quam 1842 curauit O. F. Fritzsche[37], qui tamen unam et alteram coniecturam contulit, e. g. 41, 2 p. 60, 13.

Recensuit profecto Epitomen ut omnia Lactantii S. Brandt 1890 in editione Vindobonensi. Codicem T ipse non uidit, sed collationibus nisus est quas fecerant W. Studemund et A. Holder, quaedam a bibliotheca Taurinensi ipse requirendo cognouit. Qua de causa et interdum lectiones falsas (e. g. 63, 2 p. 103, 11 *tanta*) attulit nec recte iudicauit, ubi epit. praef. 4 terminaretur et unde 1, 1 inciperet (u. ad p. 2, 4–5). Sed si hos errores excipias idque unum reprehendas, quod Brandt codicum, praecipue T, scribendi rationem nimis secutus paene 'fortuitam scriptionem' praebet neque in distinguendis enuntiatis constantiam seruat, statuere licet eum accurate editionem instituisse et historiam Epitomes inde ab a. 1712 editae diligenter perscrutatum esse[38]. Duo subsidia ad explicanda cum alia Lactantii scripta, tum Epitomen ministrauit, dicimus indices quas addidit editioni[39] et apparatus sectionem, qua subtilius

[37] Cf. Brandt, Ed. II 1, LXX; Heck l. c. 118 n. 38.

[38] Brandt, Ed. II 1, XXXIX-LXXI speciminibus locorum a uariis editoribus tractatorum additis LXXII-LXXXI, inter quos LXXVI sq. epit. 57, 1–2. 6 *qui autem* . . . 7 *capiuntur* (infra p. 88, 5–11. 89, 15–90, 10). Cum Brandt historiam editionum uberrime exposuerit et nos uix quidquam addere possimus, satis uidetur rem hucusque breuiter adumbrasse.

[39] Index uerborum rerumque grammaticarum notabilium (Ed. II 2 [1897] 363–568) aliis exemplo esse potest materiae bene eligendae; Brandt una cum hoc indice etiam schedas in usum Thesauri linguae Latinae confecit. – Licet hic notemus nos ad inuestigandum Lactantii uerborum usum et similia adhibere textum Brandt arte computatoria tamquam in horreum redactum, quem 1975 ab Uniuersitate

quam priores indicauit, quae Institutionum loci cuique Epitomes loco respondeant[40].

Etiam toto saeculo post haud facile est Epitomes editionem conficere, quae in locum Vindobonensis succedat. Quod et M. Perrin assecutus non est, qui 1987 editionem curauit codicibus B, P et T denuo collatis et nonnullis tritissimis locis retractatis. Nam quamquam nonnumquam textum a Brandt uel aliis mutatum recte defendit, tamen interdum ulterius quam oportet progressus est; etiam nimia menda textui et adnotationi inseri passus est[41]. Historiam Epitomes ab a. 1712 a criticis tractatae paene totam neglexit adeo, ut nonnumquam Brandt attribueret coniecturas uirorum doctorum saec. XVIII, e. g. 'Anonymi Britanni' ad 25, 4 et 57, 6. Laudanda est praefatio[42], praesertim quae dicit de ratione breuiandi necnon commutandi Institutiones.

Interdum Perrin opera usus est, quam textui Lactantii nauauerat Th. Stangl 1915[43], qui Tulliani sermonis peritissimus nonnulla restituit, quae Brandt aliique mutauerant, et primus docuit nos in emendando Lactantio numeri oratorii habere rationem.

Bruxellensi recepimus – ubi D. De Decker confecit concordantiam (cf. Studia Patristica 15, 1984, 71–72) –, sed correximus et scribendi ratione uniformem reddidimus (inde et concordantiam quae uocatur 'KWIC-Index' in usum nostrum confecimus haud idoneam quae publice imprimatur). Ab eo textu profecti hanc editionem arte computatoria instituimus; u. infra p. XLII.

40 Cf. infra p. XXII-XXIV cum n. 72.

41 Cf. Heck, Gnomon 64, 1992, 597–600, de mendis 598.

42 Perrin, Ed. 7–51, praesertim 20–36 de ratione breuiandi.

43 Th. Stangl, Lactantiana, RhM 70, 1915, 224–252. 441–471; de Epitome 249–252, e. g. ad 11, 2 et 22, 2 (haud recte), 28, 3 et 31, 7 (recte). Cf. Perrin, Ed. 44–51 ad hos locos.

Iam Brandt, quod supra laudauimus, res magni momenti contulit ad Epitomen tamquam opus sui iuris interpretandam: monstrauit Lactantium in opere minore nonnullas res retractasse et auxisse, etiam auctores in magno opere non laudatos adhibuisse[44], ita ut fieret editio Institutionum minor necnon emendata. Quod cum latius quam alii prosecutus esset J. Dammig 1957[45] praecipue rationem breuiandi primi Institutionum libri explorando, tamquam ex duobus lateribus Epitome in medium prolata est quaerendo, quid Lactantius senserit uel quomodo sententias excoluerit de rebus sibi maximi momenti: Una ex parte omnibus locis collatis, ubi Lactantius de quaestionibus ad philosophiam religionemque pertinentibus, uelut de deo patre et domino uel de homine ei obsequium debente uel de Platone ueritatem non adepto agit, apparuit eum in Epitome acutius uidisse, quid sibi sentiendum esset, idque clarius quam antea exposuisse necnon Epitomen breuiando auxisse[46]. Altera ex parte tritissima quaestio de duobus Institutionum recensionibus eo deducta est, ut Epitome inter textum breuem et textum additamentis quae dicuntur 'dualisticis' auctum collocaretur et appareret Lactantium, unde et cur malum esset, in Epitome et in libro De ira dei diuerso modo inuestigasse, antequam illa additamenta Institutionibus et De opificio dei libro insereret[47].

[44] Brandt, SAWW 125, 1891, 2–10; u. supra n. 5 et 7.

[45] J. Dammig, Die Divinae institutiones des Laktanz und ihre Epitome, Diss. Monasteriensis 1957. Alios u. infra p. XVIII n. 54; cf. indicem commentationum p. XLIII-XLV.

[46] A. Wlosok, Laktanz und die philosophische Gnosis, 1960, 183 (ad 54. 4); 202 (ad 4, 5); 215 (ad 64, 1); 229–231; 253 (ad 37, 4); u. et indicem locorum.

[47] Heck (supra n. 2), 1972, 50–55 (ad c. 24); 66–70 (ad cc. 24. 63); 106–111 (epit. 22 et ira 13–15); u. et indicem locorum.

Iam a. 1969 consilium cepimus scripta Lactantii denuo edendi rogantibus aedibus Teubnerianis, ubi iam Brandt[48] Lactantium iterum edere uoluerat. Inde ab a. 1972 Epitomen, ab a. 1974 Institutionum editionem praeparare coepimus subsidia comparando et codices taeniis lucis arte depictos conferendos curando[49]. Quod opus cum inde ab a. 1978 uariis de causis intermittendum nobis fuisset, a. 1988 denuo suscepimus ab Institutionum primo libro sumentes exordium; Epitomen quidem quasi minus specimen maiori operi praemittere iam a. 1971 constitueramus, sed distulimus a. fere 1981 certiores facti de editione, quam curaret Perrin. Quam cum appareret in locum Vindobonensis succedere non potuisse, priore consilio renouato inde ab autumno a. 1991 Epitomen edendo operam dedimus[50].

Antequam de eius fundamentis et ratione agamus, pauca praemonenda sunt de ratione qua usus est Lactantius in Institutionibus breuiandis.

2. *De ratione breuiandi a Lactantio adhibita*

Antiquorum auctorum opera maiora saepe a posteris in epitomas redacta sunt[51] necnon quidam Graeci et Romani sua opera ipsi breuiasse traduntur uelut Epi-

[48] Editionem quam parare coepisset dilatam esse bello a. 1914 orto dicit Brandt, Philologus 78, 1923, 131; cf. Stangl 224.

[49] Per annos 1975–1978 nos adiuuit societas 'Deutsche Forschungsgemeinschaft' nominata; u. infra p. XXXIII. XLII.

[50] Rem breuius indicauit Heck, 1992 (supra n. 41) 193 et n. 3 et, nimis simpliciter, 1993 (supra n. 23) 112 et n. 17.

[51] Cf. I. Opelt, RAC 5 (1962), 944–973; catalogi 947–957. 963–966.

curus et Varro[52]. Sed praeter duos Graecos medicos[53] unius Lactantii et opus magnum et opus a se ipso breuiatum extant[54]. Quem locum obtineat Lactantius inter ceteros epitomarum scriptores, quaerere nolumus lectoresque ad ea relegamus, quae Perrin[55] Dammig aliosque secutus exposuit. Nostrum est paucis indicare, quae ratio intersit inter Epitomen et Institutiones, ut ea, quae prima apparatus nostri sectione ('Inst.' inscripta) singulis locis adnotantur, hic quantum potest commode comprehendantur, cum alii de ea re uberius egerint[56]:

1. In Epitome ordo librorum operis magni seruatur, sed pars, qua redditur liber I, multo longior est quam eae, quae singulis libris II-VII respondent; en tabulam[57]:

[52] Opelt 957 sq.; M, Galdi, L'epitome nella letteratura latina, 1922, 257–271 de his, quos uocat 'autoepitomatori'.

[53] Opelt 954 sq. nr. 98: Galenus; nr. 101: Oribasius.

[54] De Lactantii Epitome (u. Wlosok, HLL 5 [1989] 391 sq.; cf. supra n. 46 et 47) post Brandt (supra n. 44) egerunt R. Pichon, Lactance, 1901, 152–158; Galdi 262–269; J. R. Laurin, Orientations maîtresses des apologistes chrétiens, 1954, 285–287; 339–343; Dammig (supra n. 45); Opelt 966 sq.; J. Stevenson, Studia Patristica 7 (1966), 291–298. Quae contulit Perrin ultra Ed. 7–36, u. infra in indice commentationum, ibid., qui de singulis locis disseruerint. Epitomas generaliter (cf. Dammig 18–31) tractantes Lactantium uix attigerunt E. Wölfflin, Epitome, ALL 12 (1902), 333–344 (u. 338 sq.) et H. Bott, De epitomis antiquis, 1920, 41 sq.

[55] Perrin, Ed. 20–25; 36; cf. Dammig 211–213 et passim.

[56] Optime rem circumscripsit Brandt, SAWW 125, 1891, 6–10. Plenius Dammig 187–210 (41–47 de epit. praef.; 48–186 confert inst. I et epit. 1–19); recens Perrin, Ed. 25–36.

[57] Computauimus sectiones, quibus distinguitur 'horreum' supra n. 39 dictum, fere lineis textus Brandt (ubi noua § incipit, diuisis) respondentes; Institutionum additamenta

Inst.	%	Epit.	%
I (1, 2–23)	13,7	1, 1–19, 6	20,3
II	13,1	20, 1–25, 1	10,0
III	16,0	25, 2–35, 5	15,8
IV	15,3	36, 1–47, 1	16,3
V	12,8	47, 2–52, 10	9,6
VI	16,0	53, 1–62, 4 a	15,5
VII	13,1	62, 4 b–68, 5	12,4

Cum etiam libri I ordo strictius seruetur quam ceterorum, Perrin[58] recte uidetur opinari Lactantium libro I breuiato mutasse rationem, siue ueritus, ne epitome longior fieret, si pergeret ut coepisset, siue melius cognita facultate res materia aliter disposita et clarius et breuius exponendi. Etiam liber IV breuiatus pro portione plus spatii occupat quam libri III et VI longiores, quod factum est locis Sacrae Scripturae[59] amplius quam ceteris fontibus in Epitome uerbo tenus laudatis.

2. Quod in Epitome Institutionum loci uel eodem tenore uel uerbo tenus repetuntur[60], mirum non est. Haud alienum etiam est a breuiando, quod Institutionum partes in Epitome omnino uel paene omnino desunt[61], argumenta et exempla (cf. praef. 3) necnon tota capita, e. g. 3, 16 de usu philosophiae (cf. tamen epit. 25, 7), 3, 25–26 de philosophia non uulgari, 6, 5–8 de uirtutum definitionibus et de dei lege (cf. tamen epit. 54, 6 et

omisimus. Subtraximus prologum inst. 1, 1, 1–25 et epit. praef. 1–4, Epitomen auximus 68 lineis duorum (u. infra p. XXV cum n. 76) foliorum 14, 4 / 5 amissorum.

[58] Perrin, Ed. 25 sq.; cf. Dammig 190–195.

[59] De his u. infra p. XXI. XXXVIII; cf. indicem locorum.

[60] De his Dammig 187–193; breuius Perrin, Ed. 26 sq.

[61] Enumerat Dammig 193–196; neglegenter ex Brandt, SAWW 125, 1891, 7 descripsit Perrin, Ed. 27 n. 2.

55, 1), 7, 10–12. 20–23 (cf. tamen epit. 63, 8–9). Lactantius, qui prologum Institutionum (1, 1, 1–25) non repetiuit, etiam alterum quasi prologum 5, 1, 1–4, 8 omisit, nisi quod 5, 1, 1–9 epit. 47, 2–5 adhibuit; librorum II-IV et VI-VII prooemia non omnino neglexit[62].

3. Maioris momenti est nec tamen ab epitomes natura abhorret[63], quod Lactantius, dum breuiat, materiam mutauit siue singulis locutionibus uel rebus in locos alienos translatis siue rebus, quas in maiore opere diuersis locis tetigerat, unum in locum collatis; quod quin operi breuiato usui fuerit materia saepe clarius proposita, nemo est qui dubitet[64]; pauca sufficiant exempla:

a. Interdum locutiones inseruit non ex Institutionum locis modo breuiatis, sed aliunde petitas, e. g. 9, 2 *tamquam fungi* ex inst. 7, 4, 3, 54, 9 *sententias uenditabant* ex inst. 5, 2, 3 (inst. 5, 2 alias non adhibetur). Etiam res singulas transtulit, e. g. cum 2, 7 de diis aliena sibi non uindicantibus ageret, quod deest inst. 1, 3, Iouem et Aesculapium ex inst. 4, 27, 12 uidetur sumpsisse; Christi miracula enumerans 40, 2 exemplum furiatorum paene isdem uerbis ex inst. 4, 27, 2 petitum hic aptius inseruit.

b. Nonnumquam materiam aliter disposuit (quod infra ex tabula apparebit), et quidem bis iam, dum breuiat librum I: cum exempla dearum inst. 1, 17 allata protraxit ad epit. 8, 1–3, tum epit. 2, 2 locum de unico deo patre et domino ex inst. 4, 3 huc transduxit, ubi optime

62 V. infra ad epit. 20, 2–5. 25, 2–7. 36, 1–5 (ex inst. 4, 1–4). 53, 1–4. 62, 4–9.

63 Cf. Opelt 961 sq. et Dammig 188 cum n. 2.

64 Cf. Brandt l. c. 6–10, praecipue 9 sq.; Pichon 152–154; Dammig 196–206 cum catalogo; Perrin 28–31; u. et Wlosok (supra n. 46) 230 sq.

quadrat, cum officia hominis erga deum patrem et dominum 54, 4 semel comprehendat. Epit. 3, 29–30 de uirtute summo bono inst. 3, 9–13 feliciter coniunxit cum 6, 25[65] de iustitiae erga proximum officiis. Libri V dispositio epit. 47–52 paene conuersa est, ut res clarius eluceat. Epit. 24, 10 Lactantius ipse dicit se hic semel comsummasse *id quod saepe dixi.*

4. Sequitur id, quod alienum a breuiando uidetur, quod Lactantius opus breuiatum auxit nonnullis quae desunt in Institutionibus[66]:

a. Interdum ornandi causa inseruit poetarum locos uerbo tenus laudatos, uelut Vergilii 2, 4. 48, 10, Ouidii 8, 2, aut libere redditos, uelut Horatii 66, 5; et uerba et rem auxit nonnullis ultra Institutiones insertis ex Minucio Felice[67], e. g. 2, 4. 35, 5. 53, 2. Etiam Ciceronem denuo recoluit, e. g. 50, 5, et Cyprianum 22, 3. 6.

b. Sed etiam locos et res ex fontibus attulit, quibus in opere maiore usus non erat: locos Sacrae Scripturae, quos in Epitomen omnino plus quam cetera ad uerbum transtulit, auxit apoc. 19, 12 (37, 4; in Inst. Apoc. non laudatur); praeterea 59, 1–62, 3 passim locos Noui Testamenti adhibuit in retractandis et supplendis quae scripserat de officiis Christianorum[68]. Addidit Herme-

[65] Brandt l. c. 9 falso impressum habet 'IV 25' pro VI 25, unde Dammig 198 et Perrin 28 nimia fiducia laudant '4, 25'.

[66] Brandt l. c. 7–9; Dammig 202–209; Perrin, Ed. 29–36.

[67] J. G. P. Borleffs, Mnemosyne 2.S 57, 1929, 415–426; Dammig 202–204.

[68] Lactantii fontem Didascalias apostolorum i. e. Didachen Latinam putauit M. Gerhardt, Das Leben und die Schriften des Lactantius, Diss. phil. Erlangensis 1924 (dactylogr., inedita), 121–128; secutis Dammig 204 sq. et W. Rordorf, RecSR 60, 1972, 123 sq. dubitat Perrin, Ed. 30 sq. – Ex

ticum 4, 5 (cf. 37, 4) atque maxime Platonicis doctrinis deditus 24, 5–9 ex Phaedone per Chrysippum apud Gellium et 63, 1–5 ex Timaeo per auctorem nobis ignotum protulit, quae ad rationem hominis et ad bonum et malum pertinent. Unde apparet Lactantium quaestiones, quae sibi cordi essent, Epitomen scribendo retractasse et aliquantum eo profectum esse, quo demum augendo Institutionum libros II et VII perueniret[69]. Nonnumquam Epitome non Institutiones, sed De ira dei librum redolet fere eodem tempore scriptum[70].

Itaque cum Epitome non sit merum Institutionum summarium, sed altera editio breuiata necnon aucta et emendata[71], operae pretium putauimus in prima apparatus sectione quantum potuimus notare, quomodo unusquisque[72] Epitomes locus respondeat Institutioni-

locis Sacrae Scripturae amplius laudatis locoque de officiis Christianorum aucto Pichon 154–156 (eumque secutus Galdi 264 sq.) collegit Epitomen non ut Institutiones ad gentes, sed ad homines iam Christianos esse conscriptam; refutauit (post Brandt, BPhW 23, 1903, 1227) Laurin 339–343, qui exposuit Lactantium in Epitome non tam defendendae quam inlustrandae ueritati operam dedisse, i. e. plus institutioni quam defensioni (cf. inst. 5, 4, 3) satisfecisse.

69 V. supra p. XVI et n. 47; Perrin Ed. 34–36; infra ad 33, 5.

70 Brandt, SAWW 125, 1891, 10; Dammig 203; C. Ingremeau, Ed. Lact. ira, Parisiis 1982, 32 sq.; u. e. g. ad 33, 9. 62, 5–6.

71 Menda quaedam, quae in maius opus inrepserant, in minore non correxit, sed remouit, e. g. de Moyse tempore inst. 4, 5 hoc toto capite omisso; mansit error epit. 37, 7 ex inst. 4, 8, 13 de Dauid et Solomone. Cf. Heck, Wer baute die Mauer für Laomedon?, 1993, 409–415.

72 Subtilius quam priores haec ostendit Brandt (quo nihil amplius Perrin), sed arte computatoria adhibita plures (certe non omnes!) similitudines inueninus; ergo conati sumus quasi unicuique Epitomes enuntiato respondentia indicare.

bus aut qui alius fons intercedat. Sed ne silua tamquam arboribus obscuretur, ubicumque incipit nouum caput, indicauimus partes Institutionum respondentes. Haec in tabulam digesta hic repetimus:

1, 1–3, 1	1, 2, 1–3, 23 (a 2, 1 ordo mutatus, nonnulla aliunde inserta)
3, 2–5, 4	1, 5, 1–6, 16
6, 1–7, 1	1, 8, 1–8
7, 2–5	1, 9, 1–11 (ordo aliquantum mutatus)
8, 1–9, 3	1, 10, 1–9. 17, 6–17
10, 1–4	1, 10, 10–13. 11, 9–15 passim
11, 1–14, 4	1, 11, 17–61 (ordo mutatus, ex 1, 13–14 pauca inserta)
15, 1–16, 4	1, 20, 1–42 (ordo mutatus)
17, 1–4	1, 22, 1–13 (ordo mutatus, § 4 aliunde)
18, 1–11	1, 21, 1–40
19, 1–6	1, 22, 16–23, 5
20, 1–3	5, 5, 1–6, 13 passim
20, 4–15	2, 1, 4–5, 3. 6, 1–6 (ordo mutatus)
21, 1–5	2, 5, 4–23; nonnulla, praesertim § 5 aliunde
22, 1–8	2, 7, 7–13, 13 (ordo mutatus)
22, 9–23, 9	2, 14, 1–16, 20
24, 1–25, 1	2, 17, 1–12, sed c. 24 paene totum aliunde; cf. 2, 8, 6 add. 1–9
25, 2–7	2, 19, 2 – 3, 2, 10 passim (§ 7 aliunde)
26, 1–27, 5	3, 3, 1–7, 5 (ordo mutatus)
28, 1–14	3, 7, 6–9, 3 (ordo mutatus, pauca ex cc. 10–11 inserta)
29, 1–30, 6	3, 9, 1–13, 7 (nonnulla ex lb. VI, pauca ex V inserta)
31, 1–10	3, 17, 1–43 passim. 18, 1–4. 15–18 (pauca aliunde)
32, 1–33, 5	3, 20, 1–22, 11 (33, 1 pars aliunde)
33, 6–10	3, 23, 8–10. 6, 10, 2–12 (§§ 9–10 aliunde)
34, 1–12	3, 23, 1–24, 11 (ordo mutatus). 3, 15, 15–21. 18, 5–11
35, 1–5	3, 28, 10–22. 30, 1–8

36, 1–5	3, 30, 9–4, 4, 5 passim (pars § 3 aliunde)
37, 1–38, 2	4, 5, 1 – 10, 4 (ordo mutatus, pauca aliunde)
38, 3–39, 7	4, 10, 5–13, 11 (ordo mutatus, nonnulla aliunde)
40, 1–10	4, 15, 1–17, 2. 18, 1–9. 19, 2
41, 1–9	4, 18, 13–30. 19, 3–4 (pauca aliunde)
42, 1–43, 7	4, 19, 6–21, 3 passim (ordo mutatus, nonnulla ex 4, 11–12. 18)
44, 1–5	4, 28, 1–29, 15 (pars §§ 1–2 aliunde)
45, 1–5	4, 22, 3–25, 1 passim; cf. 26, 24–27
46, 1–47, 1	4, 26, 1–28, 2 (pars 46, 7 et 47, 1 aliunde)
47, 2–5	5, 1, 1–9 et 9, 3–10 conflata
48, 1–50, 4	5, 19, 4–20, 14 (ordo mutatus; nonnulla aliunde, praesertim ex cc. 11 et 13)
50, 5–51, 5	5, 14, 3–16, 11 (pauca aliunde)
52, 1–10	5, 16, 13–19, 1. 23, 3–5 (nonnulla aliunde)
53, 1–4	6, 1, 2–2, 14; cf. 25, 1–16
54, 1–3	6, 3, 1–4, 14
54, 4–55, 4	ex 5, 5–13 et 6, 9–11 conflata; nonnulla aliunde
55, 5–57, 3	6, 14, 2–17, 14. 19, 1–11 (ordo mutatus; 57, 1–3 aliunde adnexa)
57, 4–58, 9	6, 20, 1–22, 5 (ordo mutatus)
59, 1–8	6, 18, 1–10. 20, 15–26; multa aliunde
60, 1–9	6, 10, 1–24. 12, 1–41 (pauca aliunde)
61, 1 ... 6 *officiis*	ex 5, 19. 6, 17 et aliis locis conflata
61, 6 *teneatur in* ... 62, 4 *impertit*	6, 23, 13–25, 16 (ordo mutatus)
62, 4 *de qua* ... 9 *adnuntiante*	7, 1, 4–4, 1 (ordo mutatus, nonnulla aliunde)
63, 1–64, 7	7, 4, 2–8, 1 (multa aliunde)
65, 1–6	7, 8, 4–9, 18. 13, 1–8
65, 7–66, 10	7, 14, 1–17, 11 (ordo mutatus, pauca aliunde)
67, 1–8	7, 19, 2–26, 7 passim
68, 1–5	7, 18, 1–8. 27, 1–16 (pauca aliunde)

3. *De codicibus Epitomes*

Unicus codex, in quo Epitome paene integra extat, est T = Taurinensis tabularii publici (*Torino, Archivio di Stato, Biblioteca Antica*) I B. II. 27 (olim I B. VI. 28) saec. VI / VII in Italia litteris uncialibus scriptus[73]. Usque ad saec. XV in monasterio Bobiensi erat[74], unde in bibliothecam Taurinensem peruenit. Codex miscellaneus continet Epitomen primo loco: incipit in summo f. 2^{r}[75], finit ineunte f. 61^{v} (folia cod. T in margine indicamus). His 60 foliis adnumeranda sunt, quae exciderunt inter f. 10 et 11 (u. p. 15, 11), duo ut uidetur, i. e. fere 80 uersus textus nostri[76]. Singulis paginis foliorum 2–7 sunt 20 lineae, foliorum 8–61 sunt 24.

[73] Codicem descripsit E. A. Lowe, CLA IV 438 imaginibus ex f. 3^{v} et 61^{v} additis. B. Bischoff (ap. Heck, 1972, 13 n. 17) eum 'fortasse paulo uetustiorem' putauit; utique T exhibet uncialium litterarum formas saec. VI-VIII; cf. tabulam ap. Bischoff, Paläographie des römischen Altertums . . ., Berolini 1986^{2}, 93. De iis, quae T continet praeter epit., cf. L. Traube, Vorlesungen und Abhandlungen 1, Monaci 1909, 243 (index commentationum inde a Montfaucon 1702); 3, 1920, 61 sq. De T ut Epitomes teste Brandt, Ed. I, LXXX-LXXXIII, de criticis eo inde a 1711 usis LXXVI-LXXX; u. supra p. XI-XIV.

[74] Cf. Lowe l. c.; Brandt, Ed. I, LXXX sq.; infra p. XXXIV. De monasterio Bobiensi Bischoff, Paläographie 249–251.

[75] In f. 1 antecedit inscriptio; u. infra p. XXXIV.

[76] Cf. Brandt, Ed. I, LXXXI cum n. 1, qui refert W. Studemund uidisse folium par medium quinionis excidisse. Duo folia perisse apparet etiam reputando, quae pars operis maioris inter 14, 4 et 5 breuiata fuerit: ex inst. 13–14 pauca secuta, inst. 1, 15 de causis homines consecrandi latius, fortasse uno et altero Tulliano repetito, 1, 16 ut transitorium paucis redditum, 1, 17, quod habemus 8, 6–9, 3 et

Prima manus pauca litteris supra lineam additis uel similiter correxit; altera (T^2) fere eiusdem aetatis litteris uncialibus suo Marte menda manus primae facilia correctu sustulit, sed et recta temere mutauit: 18, 7 p. 19, 17 *cereris* in *ceteris*, 38, 2 p. 53, 18 *homine* in *uirgine*. 61, 3 p. 98, 11 *interno* in *ineterno*. Postea[77] manus quam dicimus 'm. post.' addidit quaedam litteris minusculis q. d. cursiuis 2, 6 p. 4, 2 in margine (parte resecta) et 56, 1 p. 86, 2 inter lineas (propter lituram pauca leguntur); uerba a T omissa suppleuit uel idem uel alius lector 32, 3 p. 44, 19, sed uix Epitomes codice nobis ignoto usus[78]. Alius quidam 2, 7 p. 4, 4. 8, 1 p. 9, 11. 48, 8 p. 71, 10 pauca in margine repetiuit notis Tironianis similibus[79]. Quaedam addidit manus recentior litteris maiusculis, uelut praef. 4 p. 1, 18 *erit* infra euanidum *poterit* et 61, 5 p. 98, 17 *nita* supra falsum *tinamur*.

Manus primae scriptura est continua (quam in adnotatione reddimus saltem, quoad T unicus est, e. g. 9, 1 p. 10, 17. 20, 5 p. 22, 17) saepe paruis spatiis interiectis (e. g. 30, 2 p. 41, 13). Distinguitur textus saepe punctis

17, 4, hic omnino non, 1, 18–19, quae 14, 5 consummari uidentur, nonnullis uersibus reddita esse ueri simile est, quod uix duobus, sed quattuor paginis bene fieri potuit.

[77] Posterioris manus esse uidentur etiam lineolae, quibus 21, 1 p. 25, 1 ordo uerborum *eos etiam* transponitur, quod corrigendi genus saepius est in B; u. infra p. XXXI sq.

[78] Hoc contendit Brandt, Ed. I, LXXX, sed locus aperte mutilus uerbis *esset nihil ad nos* ex inst. 3, 20, 10 ratione contextus epit. 32, 3 habita additis restitui potuit; Institutiones tunc potius notas fuisse putamus quam Epitomen integram.

[79] De his notis ex Tironianis deductis W. Schmitz (qui 1893 Notas Tironianas edidit) ap. Brandt, Ed. I, CXVI (ad p. 677, 19 i. e. epit. 2, 7); eas simpliciter Tironianas uocat Lowe l. c. imagine loci epit. 2, 7 f. 3^V apposita.

supra lineam, rarius uirgulis spatiis maioribus interpositis, uelut post praef. 4 *uideatur*, post 1, 4 *coepisse*[80].

Ne adnotatio critica nimis oneretur, orthographica q. d. notabilia hic congerimus[81]:

1. Litterae singulae adduntur, omittuntur, confunduntur:

adqu- pro *atqu-*: *adque* uel *adq·* semper nisi 15, 6 *atque*, 68, 2 *atq·*; *adquin* semper; cf. falso trad. *ad* pro *at* 28, 5. 10. 47, 2. 49, 4; contra: 24, 10 *athibenda* (24, 11 *adhib-*).

ae pro *e*: 10, 2 *faemineos. laedam.* 20, 4 *praemunt.* al.; nota: 23, 2 *rectoremquae.* 24, 9 *namquae* (40, 10). 27, 1 *utiquae* (29, 12; alias *utique*).

auctor-: sic 34, 7; *autor-* 14, 2. 23, 5. 32, 2. 67, 2 (corr. m.2); *auttor-* 4, 1.

b pro *p*: semper *scribs-* et *scribt-*.

b pro *u*: pro *breu-* semper *breb-* praeter 29, 8 *breues*; 35, 5 *rebelabit* (37, 8 *reuelatione*). 39, 4 *reberebuntur*; u. ad 11, 4 *bouis*. 19, 6 *nouis*; *-bit* pro *-uit* 32, 4. 5, *-bimus* pro *-uimus* 48, 5, *uocabi* 43, 7.

cr pro *chr*: 6 locis semper *pulcr-* (adde 1, 3; u. adn. crit.); 24, 6 *crisipp-* (alias *chr-*); adde 42, 1 *sepulcr-*.

cu pro *quu*: semper, e. g. 23, 1 *locuntur*.

dexter-: sic semper: 42, 5. 43, 1. 54, 3.

dii, *diis*: sic semper plene (19, 3 alt. *i* s.l.) nisi 44, 4 *dī* (u. infra p. XXX).

e pro *ae*: saepissime, e. g. praef. 2 *eaque* pro *ea quae*. 3 *preteriri*. 1, 2 *questio*; nota: 66, 7 *casse*. – *e* q. d. caudata: m.1: 11, 1 *quę* (al.). 32, 3 *sępe*. 42, 4 *cęli*. al.; m.2: 34, 1 *lunę*. 35, 2 *sępe*. V. infra nr. 3 ad compendium *-q·*.

eis: nonnisi 39, 6 (Sacra Scriptura), alias *iis*.

[80] His uirgulis et spatiis ante 1, 1 et 2, 1 recte positis non semper confidendum esse iam uidit Maffei (supra n. 24) 465 sq.

[81] Brandt haec omnia in adnotatione protulit (cf. Ed. I, LXXXII), nos nonnulla, quia singularia sunt, uelut geminas litteras pro simplicibus et simplices pro geminis, quo hinc locis tantum indicatis lectorem relegamus.

f pro *ph*: semper, e. g. 1, 1 *filosof-*. 3, 2 *profet-*. 3 *orfeus*.
h prima ante uocalem omittitur: 14, 2 *istoria*. 23, 5 *aruspicina*. 28, 11 *eryllus*. 62, 4 *occultore*; cf. 52, 8 *exibere* et ad 48, 8 *prohibueris*. – *h* falso praefigitur: 17, 3 *haenis*. 23, 4 *haut* pro *aut*.
hii: 4, 3. 23, 1; cf. ad 38, 3; *hiis*: 21, 3. 56, 2; alias *hi* et *his*.
i pro *e*: 28, 3 *cyrinaicae*.
m pro *n* ante *d*: 34, 4 *quorumdam* hic tantum; – ante *t*: *uolumta-*: 21, 3. 22, 10 (falso trad.). 43, 5. 44, 4. 48, 10. 49, 2. 3. 4 (*uolunta-* 6, 3 [falso trad.]. 9. 34, 8. 12. 59, 5); 40, 7 *intemtabant*.
m pro *mp*: 18, 8 *lamsaceni*. 34, 4 *contemtu*. 8 *contemsisse* (semper *contemn-*); u. ad 46, 6 *promptu*.
n pro *m* ante *p*: 19, 3 *ponpas*.
n ante *s*: 8, 6 *formonsum*. 60, 9 *thensauros* (68, 5).
n ex Graeco in accusatiuis: praef. 1 *epitomen*. 4, 1 *monarchian*. 11, 2 *danaen*. 24, 1 *daemoniarchen*. 35, 5 *socraten*. 50, 5 *aristotelen*; cf. 39, 3 *eseian* (8, 5 *ariannam* trad.) – in nominatiuo: 4, 3 *zenon* (alias *zeno*).
quidquam, *quidquid*: sic semper 6 locis.
t final. pro *d*: *aliquit* 12, 1. 28, 11. al. (*-d* 31, 5. 46, 1); *aliquot* 20, 5; *aliut* semper; *aput* 4, 4. 38, 1. al. (*-d* 39, 2. 43, 5. al.); *illut* semper; *quot* pro *quod* 25, 1; *set* 16, 1. 38, 7. al. (*sed* praef. 4. 1, 2. al.).
th pro *t*: *cathenis* 8, 2. 67, 2; cf. *hetica* 28, 13. 30, 6.
u pro *b*: 19, 4 *iuuebat*; falso *-uit* pro *-bit* sim. saepius, e. g. 29, 9. 42, 2. 43, 2. 51, 4 ter.; cf. ad 28, 4. 31, 6 (*beluis*).
urgueat 29, 3 nonnisi hic.
y et *i* confusae: 5, 1 *lybissam*. 5, 1 *sybill-* (sic semper praeter 31, 6. 40, 3 *sybill-*). 7, 5 *deianyrae*. 18, 10 *misterium* (44, 2; ceteris 5 locis *myst-*). 24, 4 *chrisippus* (6 *cris-*, alias *chrys-*). 28, 11 *eryllus*.
Geminae litt. pro simplici (u. adn. crit. ad locos hic nude dictos): *cc*: 41, 5; nota: *inbeccill-* 28, 8. 33, 8. 51, 5. 60, 2. *ee*: 33. 2. 55, 4. *ii*: 18, 9. 11. *ll*: 19, 2. 5. 22, 5. *pp*: *repperi-* 30, 6. 35, 4. 51, 4. 5 (semper *repert-*). *ss*: 22, 2. 4. 41, 7. – simplex pro geminis: *suplic-* 20, 5. 33, 9. 48, 5. 67, 8 (16, 4 *supplic-*); cf. falsa 38, 4 *idem*. 45, 1 *is*.

2. Praepositiones et similia uarie praefiguntur:

ab: 32, 2 *apstinere*, alias 11 locis *abstin-*.

ad: *adf-* semper praeter *affect-* 33, 4. 59, 1. – *adg-*: semel 54, 7 *adgredi*, semper *agnosc-*, *agnou-*. – *adl-* numquam, *alligat-* 43, 7. 67, 2. – *adn-*: *adnunt-* 62, 9. 68, 1. – *adp-*: 24, 8 *adpositione*. 43, 3 *adprobatur*. 56, 1 *adpetit* (*d* s.l.). 57, 3 *adpetentia*; 29, 8 *appetet*; semper *appar-*, *appell-*. – *adqu-*: *adquir-* 57, 3. 68, 5. – *adr-* numquam, 64, 5 *arripuerat*. – *ads-* semper fere, etiam *adsc-* praeter 43, 2 *ascendat*, sed 20, 4 *aspectum* (21, 5). 65, 4 *aspicit*; contra 23, 6 *adspiratione*. – *adt-*: 56, 2 *adtributa*, alias *att-*, etiam 14, 5 *attributa*.

cum: ante *l*: *conloca-* et *conlat-* quater, sed 5 locis *collig-*, *colleg-*, *collect-*. – ante *m*: semper *comm-*. – ante *p*: plerumque *conp-*, 7, 2 *computantur* (47, 1 *conput-*). 17, 4 falso *comparari*. 20, 7 *compos*. 44, 5 *compage* (61, 8 *conpage*). 65, 7 *compleri* (ceteris 4 locis *conple-*). – ante *r*: semper *corr-*.

de / *dis-*: nota: 28, 1 *derigantur* (*dirig-* 30, 3. 56, 7). 34, 11 *dirrumperit*.

ex: pro *exs-* semper *ex*, etiam *exurget* 39, 6. 66, 7.

in: ante *l* semper *inl-*. – ante *m* plerumque *inm-*, sed 16, 4 *immobile*. 33, 9 *im*|*manitate*. 40, 6 *immemores*; promiscue *immortal-* 13, 4. 22, 2. al. et *inmortal-* 6, 3. 4. 24, 11 al., uariat T e. g. 3 locis 63, 8 et omnino per cc. 62–65. – ante *p*: plerumque *inp-*, etiam 2, 4 *inperatores*. 14, 4 *inperium* (alias *imperi-*, *impera-*), sed saepe *imp-*, semper *impius* etc. (25, 1. 34, 11. 38, 3. al.; sed *inpieta-* 50, 4. 55, 1); promiscue e. g. *inplor-* / *implor-* 60, 5. 66, 10, *inpert-* / *impert-* 60, 6. 62, 4. – ante *r*: semper *inr-*.

ob: ante *f*: semper *off-*. – ante *p*: semper *opp-*. – ante *s*: 15, 5 *opsidione*, alias *obs-*, etiam 15, 5 *obsessi*. – ante *t*: semper *opt-* nisi 51, 1 *obtemp-* (contra 45, 2 *optemp-*).

sub: 24, 1 *summouet*. 25, 2 *summoti* (38, 5 *-to*). 42, 5 *subpedaneum*. 20, 12 *suptilitas*.

3. Adhibentur compendia:

-b· pro *-bus* saepe in fine lin.: 2, 4 *morib·*. 18, 6 *pulsib·*. al. (plene *praef. 2 uoluminibus*. 1, 2 *sensibus*. al.); nota: *quib·*

praef. 4. 16, 3. al. (plene praef. 3. al.); 40, 1 *operib*·| *que*. – pro puncto uirgula: 33, 3 *gregib*·.

-*q*· pro -*que* saepe in fin. lin.: 2, 2 *idemq*·. 4 *quisq*·. al.; sic et *adq*· pro *atque* 2, 1. 13, 4. al.; *deniq*· 31, 6. al.; *usq*· 20, 2. al. (plene 38, 3); *utiq*· 20, 11. al. (plene 21, 3. al.). *utrumque* sim. 29, 6. al. (plene 31, 1) et alia similia; nota: *q*· falso pro *quae* (u. adn. crit.): 32, 2 *eaq*·. 33, 7. 42, 3. 46, 4. – pro puncto uirgula: 29, 5 *mutorumq*·. 36, 5 *utraq*·.

res publica breuiatur: 2, 6 *re p̃*. 33, 9 *rei p*·. 66, 3 *rem p*·.

Nomina sacra breuiantur:

deus: *ds̃* 2, 2. 6. 8. al. (plene 8, 4 de Mercurio); *dei*: *dĩ* 2, 6. 3, 2. al. etiam 48, 3 de deo pagano (aliter 44, 4); *deum*: *dm̃* 3, 3. 4 bis. al., 19, 3 pro gen. plur. (plene de filio dei 37, 6 acc. sing.); *deo*: *dõ* 1, 1. 3, 2. al. (plene *adeo* i. e. *a deo* 6, 2. 24, 4. al.; *adõ* 63, 5. 64, 1). – plur. *dii* eqs. semper plene praeter 44, 4 *dĩ* pro *dii*; u. infra.

dominus: *dñs* 2, 2. 37, 5. al.; -*um*: *dñm* 2, 2. 4, 4. al.; -*o*: *dño* 36, 3. 42, 5. 62, 3 (plene 55, 1).

omnipotens: *omnps* (superlineatum) 2, 6.

Christus: *xps* (superlineatum) 37, 9 bis. 45, 4. 64, 1. *xpi* (superlineatum) 41, 3. 8. *xpm* (superlineatum) 43, 3. 66, 8. 68, 2 bis (alt. loco falsum). *xpo* (superlineatum) 44, 1.

Iesum: *ihm* (superlineatum) 38, 1 (*iesus* plene 37, 9).

spiritus: *sp̃s* nom. sing. 38, 9. nom. plur. 25, 1 (de daemonibus; plene 23, 8. 46, 7); -*um*: *sp̃m* 3, 4 (apud Vergilium). 40, 10. 42, 3; -*u*: *sp̃u* 37, 1. 7. 38, 2. 5. 54, 4 (plene de angelis sim. 37, 3 -*bus*; cf. 38, 9 *spiritali*).

Israhel semper plene; 39, 5 *istrael*.

sanctus: *sc̃s* 38, 9. *sc̃m* 42, 2. 3. 67, 3. *sc̃o* 22, 3. *scorum* (superlineatum) 67, 6 (plene 38, 9 *sancta*).

Nota: 44, 4 T scripsit *dii* per compendium *dĩ* fortasse, ut indicaret hic non plures deos, sed duas personas dei Christianorum significari; forsitan et *spiritus* etc. modo plene, modo breuiter scribendo similiter discernere conatus sit.

4. Numeri (maiores quam X, minores semper plene): plene: 7, 2. 18, 3. 22, 5 *mille* (40, 5). *centum uiginti*. 42, 3. 65, 9. 66, 8; per numeros q. d. Romani: 19, 5 bis. 6. 37, 7. 41, 2 bis. 42, 2. 5.

5. Graeca in T: 13, 4 ZAN KPONOY. 19, 2 ΕΞΗΤΗCΕΩC ΠΙΝΑΑΡΙΚΗC (sic). 20, 9 ΑΝΘΡΩΠΟC. 24, 6 ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑC. 30, 5 ΛΟΓΙΚΗ. 6 ΛΟΓΙΚΑ (sic).

Alter Epitomes testis uetustus, sed mutilus est B = Bononiensis, Bibl. uniu. (*Bologna, Biblioteca Universitaria*) 701 in Italia scriptus uncialibus litteris saec. V, de quo hic, cum de sola Epitome agatur, pauca sufficiant[82]: F. 270^{v}–282^{r} exhibet epit. 51, 1–68, 5 ut librum decimum operum Lactantii[83]. Manus prima nonnulla menda ipsa correxit, secunda (B^2) eadem fere aetate textum suo Marte emendauit, e. g. 60, 7 et 65, 5. Tertia manus (B^3) testis sui iuris est, qui saec. V / VI[84] textum litteris fere semiuncialibus correxit, praecipue omissa inseruit alio codice usus, e. g. 51, 1 *si.* 54, 6 *ex.* 59, 1 *ceteris*; etiam quae suppleuit a T aliena, e. g. 62, 8 et 64, 4, ex alio fonte petiuit, non ipse coniecit[85].

Nonnullis locis in B ordo uerborum transpositus, sed restitutus est lineolis planis supra textum additis, e. g.

[82] Codicem descripsit Lowe, CLA III 280 cum imaginibus; latius Brandt, Ed. I, XIII-XXVI (ad inst.). LXXV (ad epit.); de manu tertia u. infra et n. 84 et 85. Cf. Traube (supra n. 73) 1, 176 sq.; Hunt (supra n. 14); B. Bischoff, Mittelalterliche Studien 1, Stutgardiae 1966, 151.

[83] Antea inscriptio in f. 269^{v}, infra p. XXXIII; cf. supra p. IX.

[84] Brandt, Ed. I, XXV sq. B^3 saec. XIII / XIV adscripsit, Lowe l. c. iam saec. VI / VII, sed Bischoff (ap. Heck, 1972, 12 n. 7) B^3 saec. VI ineuntis, fortasse iam V putauit esse. Utique B^3 ex codice antiquo pendet, in quo tamen Epitome eatenus mutilata erat, quatenus in B extat; si secus fuisset, B^3 epit. 51 init. aliquid adnotaturum fuisse credimus.

[85] Hoc uidit Brandt, Ed. I, XCI, sed hic ut iam XXVI fontem deteriorem aestimauit, quem perisse dolendum non esset. Infra p. XXXVI sq. apparebit B^3 haud peior testis quam P.

51, 5 pro *sapiens quidem* habet B *quidem sapiens*, sed supra *q* duas, supra primam *s* unam lineolam; sic et 52, 1. 65, 2. al.; nota 64, 3 *uidetper*, ubi supra *u* duae, supra *p* una lineola.

Codicis B scribendi ratio similis est codici T; adde: semper *adgno-* (saepe *d* del.); *b* pro *p* 62, 1 *labsi* B³; *c* pro *g* 51, 2 *necleg-*; *corr-* praeter 67, 7 *cõ|ruent*; *e* pro *oe* 54, 6 *fedus* B^ac^. 58, 5 *comedia*; iuxta *exist-*, *extin-* 58, 3 *exsecrabilia*. 66, 7 *exsurget*; *inm-* / *imm-* et *inp-* / *imp-* promiscue fere ut T; ter *quicquam*, sed 55, 1 *quidquid*; nomina sacra saepe plena linea supraducta, e. g. 55, 5 *dei*; numeri pleni.

Tertius testis est P = Parisinus BN (*Paris, Bibliothèque nationale*) lat. 1662 litteris minusculis Carolinis saec. IX scriptus in monasterio Corbeiensi[86]. Exhibet f. 191^r^–195^r^ epit. 51, 1–61, 6 *omnibus uitae* ut librum decimum operum Lactantii. Cum finiat medio in enuntiato parte paginae uacua[87] et careat subscriptione, ex codice iam mutilato descriptus est. Altera manus (P²) eiusdem fere aetatis nonnulla correxit siue eodem siue alio fonte usus, e. g. omissa suppleuit 61, 5, sed etiam temere mutauit uelut 54, 7. 60, 1.

Pauca addimus de codicibus recentioribus[88], qui saec. XV ex B descripti sunt: quattuordecim quos uidimus uel miscellanei uel Lactantiani habent epit. 51, 1–68, 5; uestigium codicis P nusquam inuenimus[89]. Coniecturas,

[86] De P u. Brandt, Ed. I, XXXVIII-XL (ad inst.); LXXV sq. (ad epit.); cf. Heck, 1972, 12 n. 14; de origine Bischoff, Mittelalterliche Studien (supra n. 82) 1, 58 cum n. 19.

[87] V. infra p. 99 adn. 'Codd.:'.

[88] De recentioribus Brandt, Ed. I, XC sq., qui ex octo iam uidit nullum esse, qui ex alio fonte atque B originem ducat.

[89] Quamquam quidam recc., qui corpus librorum Lactantii praebent, uelut Londinensis BL Harl. 3161 (de quo cf.

quas infra siglo 'recc.' adferimus uelut 54, 8, fere omnes habent Parisinus BN lat. 1671 et Vaticanus Chigianus A IV 89, pauca Darmstadtiensis 146 mutilatus; inde etiam in primas editiones typis impressas receptae sunt[90].

Omnes quos adhibemus codices, quos taeniis lucis arte depictos praesto habemus, in usum nostrum contulit a. 1975–1978 Wiebke Schaub (auxilio societatis quae est 'Deutsche Forschungsgemeinschaft'). Cuius opera usi nunc codices BPT penitus relegimus, recentiores locis selectis inspeximus[91].

Antequam agamus de recensenda Epitome, codicum BPT inscriptiones et subscriptiones congerimus[92]:

B: f. 269ᵛ in columna sinistra alias uacua litt. uncialibus *de opificio diuino* | *liber VIIII* | *explicit incipit* | *epitomen* (sic) | *libri septimi* | *liber X* | *feliciter* | (deinde dextra columna uacat, f. 270ʳ incipit epit. 51, 1).

Hunt [supra n. 14] 4), opif. 19, 8 additamentum 'dualisticum' inserunt, quod unus uetustus P tradit. Sed cum recc., qui Epitomen non continent, uelut Gothanus membr. I 55 (quem ut inspiceremus, benigne permisit Dr. Maria Mitscherling curatrix codicum bibliothecae Gothanae), in opif. additamentum ex P uel eius apographo habeant, textus opif. et epit. in recc. coniungi poterant P non adhibito.

90 V. et supra n. 18.

91 Quae in T f. 1 propter damnum et rugam membranae ex taenia lucis arte confecta cognoscere non potuimus, benigne per litteras nos docuit Dr. Isabella Ricci Massabò moderatrix bibliothecae Taurinensis; u. infra adn. crit. ad praef. 4 p. 1, 18 et ad 1, 3 p. 2, 14; adde ultimum uerbum f. 2ᵛ *mirabilẽ* sic exhiberi.

92 Uncis rotundis ( ) includimus litteras compendiis redditas, uncis [ ] damno membranae amissas; inscriptiones et subscriptiones cod. T et ap. Brandt, Ed. I, LXXX sq. et adn. crit. ad epit. praef. 1 et 51, 1 et 68, 5; cf. Lowe (supra n. 73).

f. 282r in sinistra columna post 12 lin. textus epit. 68 litt. uncial. *epitomen* (sic) | *libri septimi* | *lib(er) X exp(licit)* | *feliciter* | *legenti uita* | (columna dextra abscissa).

P: f. 191r post 11 lin. textus opif. litt. uncial. *caecili firmiani de opificio dī lib(er) VIIII expl(icit)* | *incipit de epitome liber decimus* | (deinde incipit epit. 51, 1 a *si iustitia*).

f. 195r subscriptio deest; u. infra ad 61, 6.

T: f. 1r litt. minusc. *firmiani lactanti de opificio dei* | deinde manu recentissima *S(an)cti Columbani.*

f. 1v in mg, superiore litt. minusc. *In hoc uolumi(n)e i(n)fra sta* (?) *co(n)tine(n)t(ur) v(idelicet)* | deinde litteris uncialibus scriptura fere continua *libros ragnap(er)to pr(e)sb(y)t(ero) ex suo ingenio* | *de arca dom(ini) uorgusti abb(at)i(s)* | *continent(ur) in hoc corp(ore) diuer(sa) id (est)* | *de opificio dī epitomae* (sic) *firmiani* | *lactanti de finē* (sic) *saeculi de diui* | [*na proui*]*dentia* (suppl. Brandt) *de origo* (*o* del. et s.l. *ine*) *humani* | (cetera nihil ad Lactantium; inferiore parte folii abscissa nonnisi pauca leguntur).

f. 2r in mg. superiore ante textum epit. praef. 1 sqq. litt. minusc. *s(an)cti columbani de bobio.*

f. 42v post 22 lineas textus epit. 50, 8 in ima pag. litt. uncial. *expl(icit) de opificio dī · inc(ipit) epitomae* (sic).

f. 61v (post dimidiam fere lin. textus) litt. uncial. (reddimus scripturam continuam): *firmiani · lactanti · define saeculi explicit ·* | *epitoma* (sic] *dediuina prouidentia.*

4. De recensenda et emendanda Epitome

Epitomen recensendi exordium sumendum est ab inscriptionibus et subscriptionibus modo prolatis. Inde enim apparet T ex duobus fontibus originem ducere[93],

[93] Quod demonstrauit Brandt, Ed. I, LXXXII sq. cum n. 1; ibid. LXXXIV-XC de Epitome recensenda et emendanda, breuius Perrin, Ed. 38–41 (quosdam locos tractat 44–51).

alteram partem (51, 1–68, 5) ex eodem archetypo quo B et P, i. e. ex decem Lactantii libris in corpus redactis, primam partem (praef. 1–50, 8) ex alio fonte praefixam esse, qui integram Epitomen conseruasset: Inscriptio in T f. 42^{v}, primo obtutu mira, similis est eis, quas habent B f. 269^{v} et P f. 191^{r}; ergo epit. 51, 1 sqq. in proauum cod. T ex fonte peruenit, in quo ea pars Epitomes librum De opificio dei sequeretur. Cum huic parti prima pars usque ad 50, 8 aliunde praefixa est, inscriptio, quamquam tunc ratione carebat, sublata non est; numeris librorum omissis mansit etiam subscriptio *explicit de opificio dei.* Etiam inscriptio in T f. 1^{v} exhibet *De opificio dei epitomae* et postea *de fine saeculi de diuina prouidentia,* quae uerba, licet inuerso ordine, duos Lactantii libros significant: *de diuina prouidentia* De opificio dei (cf. opif. 1, 11. 4, 24. 6, 15. al.), *de fine saeculi* Epitomes ultimam partem (cf. epit. 65, 8); respondet in B utroque loco *epitomen libri septimi* (sc. Institutionum); et post subscriptionem in T f. 61^{v} *lactanti de fine saeculi explicit epitoma* mansit *de diuina prouidentia*[94].

Videamus ergo – prima Epitomes parte unico codice tradita interim seposita –, quae ratio intersit inter BPT quatenus hi codices extant[95]: Errores in BPT communes

[94] Inde Brandt l. c. n. 1 coniecit in archetypo inter opif. et epit. haec fuisse: *explicit de opificio dei liber VIIII de diuina prouidentia. incipit epitomae libri septimi liber X de fine saeculi.* Quae Brandt hic et LVII-LXXIV de Lactantii scriptorum (inst., ira, opif., epit. 51–68) archetypo disseruit, etiamnunc magni momenti sunt, sed praecipue de inst. nonnulla aliter iudicanda; cf. interim Heck (supra n. 2) 196–202.

[95] Nonnulla aliter proferimus ac Brandt, Ed. I, LXXXIV-LXXVII et Perrin, Ed. 39 sq., modo textu aliter constituto, e. g. 52, 2 p. 77, 11 *uel.* 54, 8 p. 84, 2 *munire,* modo falsis

sunt 59, 5 p. 94, 6 *hac* tantum. 60, 7 p. 97, 1 *et* om. (fortasse addas 60, 2 p. 95, 12–13). BPT eundem habere proauum etiam colligi potest ex erroribus et BP et PT communibus: BP: 54, 7 p. 83, 8 *consulere*. 9 p. 84, 5 *remuneratione*. 55, 5 p. 85, 18 *immortalitatis*. 56, 2 p. 86, 7 *seri*. l. 10 *habent certam*. 56, 4 p. 87, 8–9. 60, 7 p. 97, 1 *item* om.; alia minora. – PT: 55, 5 p. 85, 14 *omnium*. 56, 1 p. 86, 1 *ita* om. l. 2 *scient*. 59, 1 p. 93, 1 *ei qui sit* om. 60, 4 p. 96, 4 *concors*. 60, 8 p. 97, 7 *et* om. Verbis omissis uel transpositis apparet in archetypo inter lineas omissa suppleta uel menda correcta fuisse, quo etiam referimus uarias lectiones 52, 9 p. 79, 9 (B recte; P et T diuersi). 58, 9 p. 92, 12 (BP et T diuersa om.).

Adfinibus BPT adiungendus est fons ex quo manauit B^3 antiquus[96]: Cum PT coniungitur, ubi menda in B correxit uel omissa suppleuit, e.g. 51, 1 p. 75, 14 *si*. 58, 2 p. 91, 1 *festa* ex *uesta*. 59, 1 p. 92, 16 *ceteris*., cum T suppleto 54, 6 p. 83, 4 *ex* et erroribus communibus 51, 7 p. 78, 14 *iustius* (recte B^1). l. 17 *sciet* (recte B^1P). Etiam quae aliena habet a ceteris, 51, 1 p. 75, 17 *aut* (ex falso *ut* B^1). 53, 1 p. 80, 10 *incorporalibus* (om. B^1). 57, 5 p. 89, 6 *suauitatibus* (recte B^1PT), ex fonte sunt ducta.

B contra PT et T contra BP saepe rectas lectiones praebent, P nonnisi 51, 4 p. 76, 12 *cogat* contra B et T diuersos (59, 1 p. 93, 3 *peierabit* et 2 p. 93, 11 *usuram* P^2 ceteris uarie falsis coniectura correxit). Quae P recte exhibet B^1T falsis, 52, 9 p. 79, 14 *recusauerint* et 57, 6 p. 89, 14 *adsumet*, communia habet cum B^3. Qui unus recta habet 54, 6 p. 83, 6 *diremptum*. l. 7 *dirempta*. 59, 1 p. 93, 1 *ei* ex falso *eis* B^1 (om. PT). Addimus quod B^2 60, 7 p. 97, 4 *immolabit* sua sponte restituit (*-uit* B^1PT).

lectionibus correctis, e. g. 52, 2 p. 77, 11 P ut T *uel* tantum, non *uel et*. 55, 5 p. 85, 14 *omnium* P sine ulla correctura.

[96] V. supra p. XXXI cum notis 84 et 85.

Quod ad 61, 6–68, 5, ubi B et T soli adsunt, pauca addenda: Ubi B a T pluribus distat, 66, 5 p. 112, 5 et 8 p. 113, 7 B consulto uidetur mutasse, 64, 6 p. 107, 7–8 T mendum quasi leuigatum exhibere. B^2 65, 5 p. 109, 3 *id* (om. T) in rasura restituit, quod suo Marte potuit. Cum B^3 63, 9 p. 105, 5 *actenus* addita *h* corrigeret, fonte non eguit, sed ex fonte suppleuit, quae B^1 omiserat, 62, 7 p. 102, 8–9 iisdem uerbis ac T, 62, 8 p. 102, 15–16 et 64, 4 p. 106, 13–14 aliter ac T.

Cum B nonnumquam consulto uerba Lactantii mutauerit, uelut 54, 4 p. 82, 9 addendo *ut parentem*, in T – ut respiciamus et priorem Epitomes partem – talia desunt. Quae Brandt[97] enumerat aliena inserta, e. g. 22, 2 p. 26, 13 *ei*. 37, 2 p. 51, 16 *et* (siquidem falsum). 63, 5 p. 104, 8 *mundus*, ex contextu repetita inrepserunt; 36, 2 p. 50, 11 falsa ex *quamquam* pro *quam* orta sunt. Iam in fonte e margine inlata est nota 29, 1 p. 39, 8.

Quamquam T mendis minime careat et, quod uidemus, ubi B et P adsunt, nonnulla omisit[98], tamen – ut ad emendandam Epitomen transeamus – primum monemus ea, quae in T usque ad 50, 8 uel uidentur uel sunt falsa, iam inde a Pfaff aliisque saec. XVIII et XIX usque ad Brandt coniecturis satis esse temptata et ple-

[97] Brandt, Ed. I, LXXXIII ('mutationes, quae fortasse pro uoluntariis habendae sint'); LXXXV ('commentis interpolatoriis'). Notamus 52, 9 *non* ante *recusauerint* paene sua sponte neglecto antecedente *nec* ... *nec* inrepsisse; 68, 2 p.. 117, 2 *Christum* recepimus.

[98] Computationes, per quas Brandt, Ed. I, LXXXVII n. 1 et Perrin, Ed. 40 suspicati sunt in T usque ad 50, 8 plures quam adhuc lacunas statui posse, dubiae sunt, quia neque scribam T per totum codicem eadem incuria usum neque duos fontes aequaliter lacunosos fuisse ueri simile est.

rumque emendata (cruces ponimus uno loco 20, 5 p. 22, 17). Unoquoque ergo loco diligenter examinandum est, utrum a T tradita defendi possint an mutanda sint. Idem fere ualet in altera parte 51, 1–68, 5, ubi inde a quibusdam codicibus recentioribus saec. XV aperte falsa correcta sunt; nostrum est in ea quoque parte unumquemque locum retractare et, ubi uariae lectiones sunt, perpendere, quam recipiamus, cum neque B neque T neque BT omnino superiores sint; ubi consentiunt BTP uel BT, coniecturis cautissime utendum est.

Inter subsidia ad constituendum textum utilia maxime probatum est adire Institutionum locos Epitomes locis respondentes; quod uidet lector, ubicumque adnotamus 'cf. inst.' uel 'cl. inst.' (loco, ubi non claret ex prima apparatus sectione, numeris indicato), uelut 4, 1 *⟨Plato⟩*. 10, 1 *pietatis*. 36, 3 *⟨timorem⟩*. Sed hoc subsidio non nimis abutendum est; e. g. 18, 2 *persona* et 41, 8 *Solomoni* non ex inst. mutanda sunt. Interdum dubitari potest uelut ad 8, 1 p. 9, 14, ubi fortasse quid excidit.

Quod maxime ualet in locis Sacrae Scripturae uerbo tenus laudatis; incertum enim est, quatenus Lactantius ipse in Epitome breuiauerit uel mutauerit[99]. Ergo hic amplius quam alias etiam Institutionum uarias lectiones attulimus; sigla codicum inst. praeter B et P sunt:

[99] De hac re Brandt, Ed. I, XCVII-CII; C sq. de Epitome in T 'multis lectionibus Vulgatae corrupta' (quae in tabulam redegit Dammig 191–193; recte cautius Perrin, Ed. 40 sq.). Quam difficile sit Lactantii fontes textus Sacrae Scripturae discernere, uide ap. Wlosok, Studia Patristica 4 (1961), 234–250 et e. g. epit. 40, 5 ex Sapientia, ubi usi sumus editione Veteris Latinae quam curauit W. Thiele (Friburgae / Br. 1977–1985), unde apparet de re melius agi posse, si quando editio Beuronensis absoluta erit.

D = Cameracensis B 1219 saec. IX (non apud Brandt); G = Sangallensis 213 rescriptus saec. V; H = Palatino-Vaticanus 161 saec. IX; K = Casinensis 595 saec. XI (non apud Brandt); M = Montepessulanus schol. med. H. 241 saec. IX; R = Parisinus BN lat. 1663 saec. IX; S = Paris. BN lat. 1664 saec. XII; V = Valentianensis 147 saec. IX[100].

De locis, quibus textum aliter constituimus atque Brandt aut Perrin aut uterque, aliisque incertis latius agemus in 'Wiener Studien' fere 1996.

5. *De huius editionis instructione praemonenda*

a. Quod ad orthographiam, neque T ducem sequi uolumus ut Brandt (Ed. I p. LXXXII), ut modo *inmortal-*, modo *immortal-* scribamus, neque omnino rationes lemmata scribendi in lexicis adhibitas suscipere ita, ut e. g. semper scribamus *ass-* aut *ill-*. Conamur codicum scribendi rationem quantum fieri potest reddere, sed ubi necessitas uerba similia scribere similiter cogit, concedimus, e. g. semper scribimus *coll-* neque *conloc-* iuxta *collig-*, quod T dux praecipere uidetur. Qua ratione non omnibus nos satisfacere posse non ignoramus.

b. Rationem, qua Epitomen per capita et paragraphos discribimus, instituit Brandt, qui, cum editores inde a Pfaff propter lacunam 14, 4 / 5 quinque capita excidisse rati post praefationem 73 capita numerassent (uel 72 et epilogum), post c. 14 statim c. 15 sequentem fecit et 68 capita numerauit. Paragraphos, quibus Brandt praefationem et singula capita ab 1 ad 68 (Heumann 73) distinxit, primus instituit Heumann et usque ad c. 50

[100] Codices taeniis lucis arte depictos in usum nostrum contulit Wiebke Schaub; taenias hic illic ipsi inspeximus.

recepit Bünemann. Primus omnino paragraphos numerauit Cellarius, sed cc. 51–68, quae ei sola nota erant, in octo capita diuisit, quo facti sunt alii numeri, quos inde a c. 51 recepit Bünemann et Brandt in margine uncis inclusos addidit. Nos nec eam numerandi rationem omnino neglegere (ut Perrin) nec marginem pluribus numeris onerare uolumus; ergo damus concordantiam:

A praefatione usque ad c. 50 (habet T tantum):

Brandt/nos	Heumann = Bünemann	Cellarius
praef. 1 – 14, 5	praef. 1 – 14, 5	desunt
15, 1–50, 8	20, 1–55, 8	desunt

A c.51 ad finem (habent B, T et partem P):

Brandt/nos	Heumann	Bünemann	Cellarius
51, 1–5	56, 1–5	56, 1–5	1, 1–5
52, 1–10	57, 1–10	57, 6–15	1, 6–15
53, 1–4	58, 1–4	58, 16–19	1, 16–19
54, 1–9	59, 1–9	59, 1–9	2, 1–9
55, 1–5	60, 1–5	60, 10–14	2, 10–14
56, 1–7	61, 1–7	61, 15–21	2, 15–21
57, 1–8	62, 1–8	62, 1–8	3, 1–8
58, 1–9	63, 1–9	63, 1–9	4, 1–9
59, 1–8	64, 1–8	64, 10–17	4, 10–17
60, 1–9	65, 1–9	65, 1–9	5, 1–9
61, 1–10	66, 1–10	66, 1–10a*	6, 1–10a*
62, 1–9	67, 1–9	67, 10b*–19	6, 10b*–19
63, 1–9	68, 1–9	68, 20–28	6, 20–28
64, 1–7	69, 1–7	69, 1–7	7, 1–7
65, 1–9	70, 1–9	70, 8–16	7, 8–16
66, 1–10	71, 1–10	71, 1–10	8, 1–10
67, 1–8	72, 1–8	72. 11–18	8, 11–18
68, 1–5**	73, 1–5	epil. 19–23	8, 19–23**

* § 10 ap. Bünemann / Cellarius finit post 62, 1 *macula.*
** V. ad p. 117, 12; aliter Brandt et Cellarius diuersi.

c. Apparatum in quinque sectiones diuisimus singulis paginis subnexas hoc ordine (sc. sectione 1–4 non in unaquaque pagina adhibita):

1. (antecedit nota **Inst.:**) ab 1, 1 ad 68, 5 indicatur, qui loci Institutionum (uel aliorum librorum, e. g. De ira dei) unicuique Epitomes loco (qui per caput et §§ datur ante uncum) respondeant; locos similes adferimus cum nota *cf.*; lineola — post uncum posita significatur in inst. nihil respondere. Cf. supra p. XXII sq.
2. (nulla nota) paucis locis, 5, 4. 28, 14. al., indicatur, ad quos locos Epitomes aut Institutionum Lactantius lectorem releget; ad 24, 10 et 33, 5 plura notanda erant.
3. (antecedit nota **Auct.:**) notantur auctores a Lactantio adhibiti, sed nonnisi, ubi aut auctores nominantur et eorum uerba stricte uel liberius adferuntur (e. g. Orpheus 3, 3; Vergilius 3, 4) aut uerba auctore non indicato laudantur (e. g. Vergilius 2, 4; Ouidius 8, 2) aut auctores nominantur, sententiae eorum siue ex alio fonte (e. g. Plato ex Cicerone 65, 1) siue summatim strictae adferuntur (e. g. Seneca et Cicero 4, 3). A tertio genere locorum haud facile discerni possunt loci, ubi in catalogis uelut 4, 2–3 aut 28, 3–11 plures auctores laudantur, de quibus agendum est ad locos Institutionum, ad quos (interim apud Brandt requirendos) lectorem relegamus sectione 'Inst.:'. Nota '*cf.*' adferimus praecipue fontes ultra Institutiones a Lactantio adhibitos uelut Minucium Felicem 2, 4. 18, 6. al. Locos similes ultra ea, quibus Lactantium usum esse apparet, non adnotamus, quia hoc fines editioni necessarios superaret.
4. (antecedit nota **Codd.:**) codices non unaquaque pagina in initio adnotationis criticae indicamus (sicut Brandt et Perrin, quod rationi huius editionis imprimendae repugnat), sed satis esse putamus in initio et, ubicumque codices aut extare incipiunt aut desinunt, notare, quae extent testes; cf. conspectum p. XLVIII.
5. (nulla nota) adnotatio critica usitatis rationibus instructa, 51, 1–68, 5 apparatu q. d. negatiuo, i. e. ad

unumquemque locum ii codices non laudantur, qui textui recepto congruunt. Compendia u. p. XLV, codd. sigla p. XXXIX et XLVIII, commentationes p. XLIII[101].

Superest, ut gratias agamus omnibus, qui huic editioni auxilio fuerunt. Societas ‘Deutsche Forschungsgemeinschaft’ nominata per annos 1975–1978, Uniuersitas litterarum Tubingensis 1991–1993 nos adiuuerunt opibus, quibus subsidia compararemus adiutricibusque mercedem operae solueremus. In primis subsidiis adquirendis 1972–1973 nobis adfuit Ulrike Denkert Chiloniensis, praecipue in codicibus conferendis 1975–1978 Wiebke Schaub Tubingensis, 1991–1994 Tubingae studiosae adiutrices Stefanie Maninger (ad uer 1992), Stephanie Seidl optime merita et indices praeparando et totam editionem relegendo, postremo Antje Girschek. Quibus omnibus ex animo gratias agimus necnon iis, quae nobis in bibliothecis auxilio fuerunt (u. supra n. 89 et 91). Ultima nec minima gratia debetur Wilhelm Ott, qui nobis editionem per rationes textus arte computatoria tractandi q. d. Tubingenses (TUSTEP) instituentibus[102] et peritissimus et benignissimus adfuit.

Tubingae et Moguntiaci, E. H.
mense Augusto a. MCMXCIV A. W.

[101] Periodica q. d. breuiamus secundum rationes in ‘L’Année Philologique’ editas, alios libros ut fieri solet inter philologos; nota: CLA = Lowe, Codices Latini antiquiores, ALL = Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik.

[102] Quo factum est, ut hunc librum etiam ad imprimendum componeremus adiuuante Pagina officina Tubingensi.

INDEX EDITIONVM ET COMMENTATIONVM

1. Editiones
(notantur editiones Epitomes integrae inde a 1712; priores epit. 51, 1–68, 5 tantum exhibentes describit Brandt, Ed. II 1, XLVIII-LXIV; cf. supra p. X):
C. M. Pfaff, Parisiis 1712 (epit.; u. p. XI)
J. G. Walch, Lipsiae 1715 (opera omnia)
J. Davies (Davisius), Cantabrigiae 1718 (epit.; u. p. XII)
C. A. Heumann, Gottingae 1736 (op. omnia; u. p. XII sq.)
J. L. Bünemann, Lipsiae 1739 (opera omnia; u. p. XII sq.)
J. B. Le Brun – N. Lenglet-Dufresnoy, Parisiis 1748 (opera omnia, fere = Migne, PL 6–7)
O. F. Fritzsche, Lipsiae 1842 (opera omnia)
S. Brandt, Vindobonae 1890 (CSEL 19, nobis Ed. I: inst. et epit.; cf. CSEL 27 [cetera opera, indices], 1, 1893, nobis Ed. II 1. 27, 2, 1897, nobis Ed. II 2; u. supra p. XIV sq.)
M. Perrin, Parisiis 1987 (SChr 335: epit.; u. p. XV)

2. Commentationes ad Epitomen pertinentes
(cf. et supra n. 54: de Epitome in alias linguas translata Heck, Gnomon 64, 1992, 599):
'Anonymus Britannus', Lactanius, Epitome diuinarum institutionum, in: Miscellaneae obseruationes criticae in auctores ueteres et recentiores ab eruditis Britannis a. 1731 edi coeptae 4, Amstelodami 1734, 20–29. 409–430
B. Axelson, Quod idola und Lactanz, Eranos 39, 1941, 67–74 (u. supra n. 10 et 11)
S. Brandt, Über die Entstehungsverhältnisse der Prosaschriften des Lactantius, SAWW 125, 1891, 2–10
–, censura Pichon, Lactance, BPhW 23, 1903, 1223–1228. 1255–1259
E. Bickel, Apollon und Dodona, RhM 79, 1930, 279–302 (291–302 ad epit. 18, 2)
J. G. P. Borleffs, De Lactantio in epitome Minucii imitatore, Mnemosyne 2.S 57, 1929, 415–426

J. Dammig, Die Divinae institutiones des Laktanz und ihre Epitome, Diss. Monasteriensis (impressa Monaci) 1957
H. Diller, In Sachen Tertullian – Minucius Felix, Philologus 90, 1935, 98–114. 216–239 (u. supra n. 10 et 11)
A. Dräger, Zu Lactantius, Philologus 27, 1868, 149 (ad 20, 5)
M. Galdi, L'epitome nella letteratura latina, Neapoli 1922, 262–269
E. Heck, Die dualistischen Zusätze und die Kaiseranreden bei Lactantius, Heidelbergae 1972 (u. indices)
–, censura Perrin, Ed., Gnomon 64, 1992, 597–600
–, Wer baute die Mauer für Laomedon?, in: Festschr. H. J. Frede et W. Thiele, Friburgae / Br. 1993, 397–415 (409–415; u. supra n. 71)
–, "Du sollst nicht zitieren aus zweiter Hand", Philologus 137, 1993, 110–121 (u. supra n. 23)
R. W. Hunt, The medieval home of the Bologna manuscript of Lactantius, M&H 14, 1962, 3–6
C. Ingremeau, *Nitor* et *fulgor* dans l'esthétique et dans l'éthique chrétienne de Lactance, in: Mélanges J. Fontaine, Parisiis 1992, 571–582 (ad epit. 61, 10 sqq.)
J. R. Laurin, Orientations maîtresses des apologistes chrétiens, Romae 1954, 285–287. 339–343 (u. supra n. 68)
J. Le Clerc, censura ed. Davies, Bibliotheque ancienne et moderne 11 (1719), 190–201
–, Extrait d'une rélation de la belle bibliotheque de Turin . . ., ibid. 27 (1727), 325–354 (u. infra Maffei)
V. Loi, La giustizia sociale nell'etica Lattanziana, Augustinianum 17, 1977, 153–160 (159 ad epit. 29 et 54)
S. Maffei, Lettere del Sig. Marchese Scipione Maffei al Sig. Apostolo Zeno . . . 26 Giugno [a. 1711] . . ., Giornale de' letterati d'Italia 6 (1711), 449–484 (u. supra n. 24); uersio Gallica: Le Clerc, 1727 (u. supra n. 32)
P. Monat, Lactance et la Bible, Paris 1982 (u. indices)
I. Opelt, 'Epitome', RAC 5 (1962), 944–973 (966 sq.)
M. Perrin, A propos du chapitre 24 de l'»Épitomé« des »Institutions« de Lactance, REAug 27, 1981, 24–37

M. Perrin, Lactance lecteur d'Arnobe dans l'*Epitome* des *Institutions*?, REAug 30, 1984, 36–41
– , L'authenticité lactancienne de l'*Épitomé* des *Institutions Divines*, REAug 32, 1986, 22–40
R. Pichon, Lactance, Parisiis 1901, 152–158
W. Rordorf, Un chapitre d'éthique judéo-chrétienne: les deux voies, RecSR 60, 1972, 109–128 (u. supra n. 68)
C. Schäublin, Christliche humanitas – christliche Toleranz, MH 32, 1975, 209–220 (215–220 ad epit. 48, 1–50, 4)
F. Schöll, critica communicata ap. Brandt, Ed. I (ad 20, 5)
M. Simonetti, Sulla paternità del "Quod idola dii non sint,,, Maia 3, 1950, 265–288 (u. supra n. 10)
Th. Stangl, Lactantiana, RhM 70, 1915, 224–252. 441–471 (u. supra n. 43)
J. Stevenson, The *Epitome* of Lactantius, *Divinae Institutiones*, Studia Patristica 7 (1966), 291–298
G. Thilo, critica communicata ap. Brandt, Ed. I (ad 29, 1)
A. Wlosok, Laktanz und die philosophische Gnosis, Heidelbergae 1960 (u. indicem)
–, Zur Bedeutung der nichtcyprianischen Bibelzitate bei Laktanz, Studia Patristica 4 (1961), 234–250 = A, W., Res humanae – res divinae, Heidelbergae 1990, 201–216
–, Lactantius, in: Handbuch der lateinischen Literatur der Antike (HLL) 5, Monaci 1989, 375–404 (391 sq.)

INDEX COMPENDIORVM ET SIGLORVM

a.	annus, -i, -o, -um
ad l.	ad locum
add.	addidit, addiderunt; additum, -a
adn. crit.	adnotatio critica
al.	et alias, et aliis locis
alt.	alter, -a, -um
ap.	apud
c. / cc.	caput / capita (accedunt numeri)
c. ind.	cum indicatiuo
cet.	ceteri, -ae, -a

cf.	confer
cl.	collato (loco), collatis (locis)
cod. / codd.	codex / codices
coni.	coniecit, coniecerunt
corr.	correxit, correxerunt
def.	defendit, defenderunt
del.	deleuit, deleuerunt
dext.	dexter, -a, -um
dist.	distinxit
e. g.	exempli gratia
ed. / edd.	editio / editores
eras.	erasit; erasa, -um
euan.	euanuit, euanuerunt; euanida, -um
excid.	excidit, exciderunt
exp.	expunxit; expuncta, -um
f. *uel* fol.	folium (acced. numerus; r = recto, v = uerso)
final.	finalis (littera in uerbo)
ft.	fortasse
i. e. / i. q.	id est / idem quod
ibid.	ibidem
incert.	incertus, -a, -um
inf.	inferior (margo), -us
init.	initium, initio
ins.	inseruit
l. / lin.	linea (accedit numerus) / linea (alias)
l. c.	loco citato (laudato)
lb.	liber, libro
litt.	littera, -ae
m.	manus, manu (accedit saepe numerus)
maiusc.	maiusculis (litteris)
mg.	margo, -ine
minusc.	minusculis (litteris)
n.	nota (in ima pagina, accedit numerus)
om.	omisit, omiserunt
ord.	ordo, ordine
p. / pag.	pagina (accedit numerus) / pagina (alias)
part.	parte
plur.	plurimi (codices)

post.	posterior (manus)
pot.	potiores (codices)
pr.	primus, -a, -um; prior, -us
prob.	probauit, probante
q. d.	qui, quae, quod dicitur, quae dicuntur
ras.	rasura
rec. / recc.	recentior (codex, manus) / -tiores (codices)
recep.	recepit, -erunt
repet.	repetiuit; repetitum, -a
rest.	restitutus (ordo), -to (ordine)
rett.	rettulit, rettulerunt
s. l.	supra linea(m)
s. u.	sub uoce
saec.	saeculum, -i, -o
sc.	scilicet
sec.	secundum
sim.	simile, similia
sin.	sinister, -a, -um
sq.	et sequente (post numerum paginae uel sim.)
sup.	superior, -us
suppl.	suppleuit, suppleuerunt; suppletum
supplend.	supplendum
tert.	tertius, -a, -um
trad.	traditum, -a
transpos.	transposuit, transposuerunt
tuent.	tuentur
u.	uide
uar. l(l) .	uaria(e) lectio(nes)
(ut) uid.	(ut) uidetur
ult.	ultimus, -a, -um

Praeterea adhibentur haec sigla:

⟨. . .⟩	ab editoribus suppleta, non tradita
[. . .]	in textu: tradita, sed ab editoribus deleta – in adnotatione: litterae suppletae
†. . .†	in textu: locus corruptus
* * *	in textu: excidit textus damno membranae
*	in adnotatione: littera erasa
|	in textu: incipit pagina codicis T – in adnotatione et p. XXXIII sq.: incipit linea codicis

CONSPECTVS SIGLORVM CODICVM EDITORVM CRITICORVM[103]

B	codex Bononiensis bibl. univ. 701, saec. V (m. 3 saec. V / VI) – continet epit. 51, 1–68, 5
P	codex Parisinus bibl. nat. lat. 1662, saec. IX – continet epit. 51, 1–61, 6 *omnibus uitae*
T	codex Taurinensis tab. publ. I B. II. 27, saec. VI / VII – continet epit. integram praeter lacunam c. 14, 4 / 5
recc.	codices recentiores (s. XV – continent epit. 51, 1–68, 5) uel omnes uel aliquot
edd.	editores omnes uel plurimi
Br	Brandt (1890)
Brit 410	'Anonymus Britannus' (1734) p. 410
Buen	Bünemann (1739)
Cl	Le Clerc (si nihil amplius notatur, significatur uol. 27, 1727, 341–350)
Da	Davies (1718)
Fr	Fritzsche (1842)
Hm	Heumann (1736)
Le	Le Brun – Lenglet-Dufresnoy (1748)
Ma	Maffei (1711 – epit. praef. 1–5, 4 tantum)
Pe	Perrin (1987)
Pf	Pfaff (1712)
St 249	Stangl (1915) p. 249

[103] Numeri codicum siglis additi, e. g. B^1 B^2 B^3, indicant manum primam secundam tertiam; B^{ac} significat B ante correcturam. Institutionum codd. u. supra p. XXXIX, alia compendia et sigla p. XLV-XLVII.

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

EPITOME

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Quamquam Diuinarum institutionum libri, quos iam 1 f. 2r
pridem ad inlustrandam ueritatem religionemque con-
scripsimus, ita legentium mentes instruant, ita infor-
ment, ut nec prolixitas pariat fastidium nec oneret uber-
tas, tamen horum tibi epitomen fieri, Pentadi frater,
desideras, credo, ut ad te aliquid scribam tuumque no-
men in nostro qualicumque opere celebretur. faciam 2
quod postulas, etsi difficile uidetur ea, quae septem ma-
ximis uoluminibus explicata sunt, in unum conferre.
fit enim totum et minus plenum, cum tanta rerum 3
multitudo in angustum coartanda sit, et breuitate ipsa
minus clarum, maxime cum et argumenta plurima et
exempla, in quibus lumen est probationum, necesse sit
praeteriri, quoniam tanta eorum copia est, ut uel sola
librum conficere possint. quibus sublatis quid poterit 4
* * *, | quid apertum uideri? sed enitar quantum res sinit f. 2v

Codd.: **1** *ab initio extat* T *tantum (fol. 2r nonnullae litt. praesertim in finibus linearum euan.); inscriptionem u. p. XXXIV*

5 regionemque T, *corr. Ma, Pf* **18** poterit] *in* T erit *euan., infra lin. repet. m. rec. litt. maiusc.; deinde angulo folii abscisso perierunt 3–4 litt., extat hasta unius litt. nonnullis* u *uisae, quae non huius paginae est, sed hic impressa de frustulo chartaceo, quod olim inuolucro intus adglutinatum erat;* utile *suppl. Pf; alii alia;* clarũ *uel* uerũ *coni. Br;* ue⟨rum⟩ *Pe; u. supra n. 91*

et diffusa substringere et prolixa breuiare, sic tamen, ut
neque res ad copiam neque claritas ad intellegentiam
deesse uideatur.
1 1. In hoc opere, quo in lucem ueritas protrahenda
est, prima incidit quaestio, sitne aliqua prouidentia,
quae aut fecerit aut regat mundum. esse nemini dubium
est, siquidem omnium fere philosophorum praeter scho-
lam Epicuri una uox, una sententia est nec fieri sine
artifice deo potuisse mundum nec sine rectore constare.
2 itaque non solum a doctissimis uiris, sed et omnium
mortalium testimoniis ac sensibus coarguitur Epicurus.
3 quis enim de prouidentia dubitet, cum uideat caelos ter-
ramque sic disposita, sic temperata esse, ⟨ut⟩ uniuersa
f. 3r non modo ad pulchritudinem ornatumque mirabilem, |
sed ad usum quoque hominum ceterorumque uiuen-
4 tium commoditatem aptissime conuenirent? non pot-
est igitur quod ratione constat sine ratione coepisse.
1 2. Quoniam certum est esse prouidentiam, sequitur
alia quaestio, utrumne deus unus an plures. quae qui-
dem multum habet ambiguitatis. dissentiunt enim non
modo singuli inter se, uerum etiam populi atque gentes.

Inst.: 1, 1–3, 1] 1, 2, 1–3, 23 *(a* 2, 1 *ordo mutatus, nonnulla aliunde inserta)* 1, 1–2] 1, 2, 1–2. 4 3–4] 1, 2, 5 2, 1 . . . plures] 1, 3, 1 . . . multorum 1 quae . . . gentes] —

4–5 in hoc . . . protrahenda est *praefationi adiungunt edd. (exceptis Ma et Hm sec. Brit 410), sed spatio 3–4 litt. et uirgula ante* in *(scripturam continuari falso scribit Br) et litt.* I *forma et magnitudine distincta indicatur in* T *ab* in hoc *incipere c. 1; cf. inst. 1, 2, 1 init.* **13** ut *hic add. Da, post* uniuersa *Ma, Pf* **14** pulchritudinem] *in* T pul *in fine lin. paenultimae fol. 2*v*, in init. lin. ultimae ante* ritudinem *(*m *plena extat) angulo folii abscisso excid. potius una litt.* c *quam duae* ch*; alias* T *semper habet* pulcr-*; u. supra p. XXXIII n. 91* mirabilem] *u. supra ibid.* **20** ambiguitas T, *corr. Ma, Pf*

sed qui rationem sequetur, intelleget nec dominum esse 2
posse nisi unum nec patrem nisi unum. nam si deus, qui
omnia condidit, et idem dominus et idem pater est,
unus sit necesse est, ut idem sit caput idemque fons
rerum. nec potest aliter rerum summa consistere, nisi 3
ad unum cuncta referantur, nisi unus teneat guberna-
culum, nisi unus frena moderetur regatque uniuersa
membra tamquam mens una. | si multi sint in examine 4 f. 3v
apum reges, peribunt aut dissipabuntur, dum

'regibus incessit magno discordia motu';

si plures in armento duces, tamdiu proeliabuntur, donec
unus obtineat; si multi in exercitu imperatores, nec pa-
reri poterit a milite, cum diuersa iubeantur, nec ab iis
ipsis unitas obtineri, cum sibi quisque pro moribus con-
sulat. sic in hac mundi re publica nisi unus fuisset 5
moderator, qui et conditor, aut soluta fuisset omnis
haec moles aut ne condi quidem omnino potuisset.
praeterea in multis non potest esse totum, cum singuli 6
sua officia, suas obtineant potestates. nullus igitur eo-
rum poterit omnipotens nuncupari, quod est uerum

Inst.: 2, 2 ... intelleget] 1, 3, 1 nemo ... intellegat 2 nec dominum ... necesse est] *cf.* 4, 3, 11. 13–23; *cf. et* 1, 7, 3 unum esse ... dominum 2 ut ... rerum] *cf.* 1, 11, 52. 4, 13, 2 3 ... referantur] 1, 3, 18 ... constare 3 nisi ... gubernaculum] — *(*1, 3, 3 *aliter)* 3 nisi ... moderetur] — 3 regatque ... una] 1, 3, 20 ... 21 pluribus posse 4 ... obtineat] — *(et Verg. locus deest)* 4 si multi in ... consulat] 1, 3, 19 ... prosint 5] 1, 3, 19 sic ... corruent 6] 1, 3, 10 ... 11 gubernare. 18 uno quoque ... pertinet; *ad* omnipotens *cf.* 1, 8, 7

Auct.: **8–12** *cf.* Min. Fel. 18, 7 **10** Verg. georg. 4, 68

9 reges] s *in ras., ft. m. 2,* T **17** ne condi *Da;* nec|condi T, *ft. recte; cf. 64, 1 (et ad 25, 4. 31, 2. 59, 1)*

cognomentum dei, quoniam id solum poterit, quod in
ipso est, quod autem in aliis, nec audebit attingere.
7 non Vulcanus sibi aquam uindicabit aut Neptunus
f. 4r ignem, | non Ceres artium peritiam nec Minerua fru-
gum, non arma Mercurius nec Mars lyram, non Iup-
piter medicinam nec Asclepius fulmen; facilius illud ab
8 alio iactum suscipiet quam ipse torquebit. si ergo sin-
guli non possunt omnia, minus habent uirium, minus
potestatis; is autem deus putandus est qui potest totum
quam qui de toto minimum.
1 3. Vnus igitur deus est, perfectus aeternus, incorrup-
tibilis impassibilis, nulli rei potestatiue subiectus, ipse
omnia possidens, omnia regens, quem nec aestimare
sensu ualeat humana mens nec eloqui lingua mortalis.
sublimior enim ac maior est quam ut possit aut cogi-
2 tatione hominis aut sermone comprehendi. denique, ut
taceam de prophetis unius dei praedicatoribus, poetae
quoque et philosophi et uates testimonium singulari deo
f. 4v 3 perhibent. | Orpheus 'principalem deum' dicit, 'qui cae-
lum solemque cum ceteris astris, qui terram, qui maria

Inst.: 2, 7] — *(ad* Iuppiter . . . torquebit *cf.* 4, 27, 12*)* 8] 1, 3, 7–8 3, 1 . . . subiectus] 1, 3, 23 . . . subiectus 1 quem . . . comprehendi] 1, 3, 14–15 3, 2–5, 4] 1, 5, 1–6, 16 3, 2 . . . praedicatoribus] 1, 5, 1 . . . prophetarum. 1, 4, 1 . . . praedicant 2 poetae . . . perhibent] 1, 5, 2. 6, 6 3] 1, 5, 4–7

Auct.: **19–p. 5, 1** Orph. frg. 73. 88 *(cf.* 89*)* Kern

2 *ad* audebit *in mg. sin. add. m. post. litt. minusc.* [umq] uam necua | [lebi] t T *(litt. margine resecto amissas suppl. Studemund ap. Br); u. supra p. XXVI* **3** uindicauit T, *corr. Ma* **4** *in mg. inf. m. post. add. notas uerba* non uulcanus . . . ignem *repetentes* T*; u. p. XXVI* **5** Iuppiter] *pr.* i *ex* u *ut uid. m. 1* T **6** *ante* facilius *add.* qui *Hm, Pe*

condiderit'. item noster Maro summum deum modo 4
'spiritum', modo 'mentem' nuncupat 'eamque uelut
membris infusam totius mundi corpus agitare'; item
'deum per profunda caeli, per tractus maris terrarum-
que discurrere atque ab eo uniuersas animantes trahere
uitam'. ne Ouidius quidem ignorauit a deo instructum 5
esse mundum, quem interdum 'opificem rerum', inter-
dum 'mundi fabricatorem' uocat.

4. Sed ueniamus ad philosophos, quorum certior 1
habetur auctoritas quam poetarum. ⟨Plato⟩ monar-
chian adserit unum deum dicens, a quo sit mundus in-
structus mirabili ratione perfectus. Aristoteles auditor 2
eius unam esse mentem, quae mundo praesideat, con-
fitetur. | Antisthenes unum esse dicit naturalem deum, f. 5r
totius summae gubernatorem. longum est recensere, 3
quae de summo deo uel Thales uel Pythagoras et Ana-
ximenes antea uel postmodum Stoici, Cleanthes et
Chrysippus et Zeno, uel nostrorum Seneca Stoicos secu-
tus et ipse Tullius praedicauerint, cum hi omnes et quid

Inst.: 3, 4–5] 1, 5, 11–13 4, 1–3] 1, 5, 15–28 *(ordo mutatus)* 1 ... poetarum] 1, 5, 15 1 Plato ... perfectus] 1, 5, 23 2 ... confitetur] 1, 5, 22 2 Antisthenes ... gubernatorem] 1, 5, 18 Antisthenes ... artificem 3 uel Thales ... Zeno] 1, 5, 16–20 3 uel ... Seneca ... secutus] 1, 5, 26 ... 28 locutus est 3 et ipse Tullius] 1, 5, 24–25

Auct.: **2–3** Verg. Aen. 6, 724–727 **4–6** georg. 4, 221–224 **7–8** Ou. met. 1, 57. 79 **9–p. 6, 3** *cf.* Cic. nat. deor. 1, 25–42. Min. Fel. 19, 3–20, 1*; § 3 ad* Cic. rep. 1, 57 *rett. nonnulli edd. Cic.* **18** Seneca] *cf.* frg. 16. 26 Haase **19** Tullius] *cf.* Cic. leg. 1, 22. nat. deor. 2, 77. phil. frg. IX 10 Müller

10 auttoritas T Plato *add. Ma, Pf; cf. inst.* **11** *post* instructus *neglegenter (cf. p. XIII) add.* et *Cl, inde edd. omnes* **15** titius T, *corr. Ma, Pf* **18** zenon T *hic tantum; alias* -o

sit deus definire temptauerint et ab eo solo regi mun-
dum adfirmauerint nec ulli subiectum esse naturae, cum
4 ab ipso sit omnis natura generata. Hermes, qui ob
uirtutem multarumque artium scientiam Trismegistus
meruit nominari, qui et doctrina et uetustate philo-
sophos antecessit quique apud Aegyptios ut deus coli-
tur, maiestatem dei singularis infinitis adserens laudibus
f. 5v 'dominum et patrem' nuncupat 'eumque esse sine | no-
mine, quod proprio uocabulo non indigeat, quia solus
sit, nec habere ullos parentes, quia ex se et per se ipse
5 sit'. huius ad filium scribentis exordium tale est:
'deum quidem intellegere difficile est, eloqui uero im-
possibile, etiam cui intellegere possibile est; perfectum
enim ab imperfecto, inuisibile a uisibili non potest
comprehendi'.

1 5. Superest de uatibus dicere. Varro decem Sibyl-
las fuisse tradit: 'primam de Persis, secundam Libys-
sam, tertiam Delphida, quartam Cimmeriam, quintam
Erythraeam, sextam Samiam, septimam Cumanam,
octauam Hellespontiam, nonam Phrygiam, decimam

Inst.: 4, 3 et ab eo ... generata] 1, 5, 24 ab eoque ... ipse naturam 4 ... solus sit] 1, 6, 2–4 4 nec ... ipse sit] 1, 7, 2 quid quod ... aliunde. 4, 13, 2 ... procreatus 5] — *(Herm. locus deest)* 5, 1 ... dicere] 1, 6, 6 ... proferre 1 Varro ... Albunea] 1, 6, 7 Varro. 8 ... 10 Cumanam. 12

Auct.: **3–10** Hermes ... solus sit] CH IV 105 (frg. 3 b); dominum et patrem] CH II 320, 11–12. 321, 4 (Ascl. 20); eumque ... sit] ibid. 321, 6–9 Nock-Festugière **10–11** nec ... sit] CH IV 107 (frg. 4 c) **11–15** CH III 2–3 (frg. I 1) **16–p. 7, 7** Varro, ant. rer. diu. frg. 56 a Cardauns

5 doctrina et *Da cl. inst. 1, 6, 3;* doctrinae T **9** quia *ante* solus] qui *Ma* **18** cimmeam T, *corr. Da* **19** samaiam T, *corr. Pf*

Tiburtem, cui sit nomen Albunea. ex his omnibus Cu- 2
manae solius tres esse libros, qui Romanorum fata con-
tineant et habeantur arcani, ceterarum autem | fere om- f. 6r
nium singulos extare haberique uulgo, sed eos Sibylli-
nos uelut uno nomine inscribi, nisi quod Erythraea,
quae Troici belli temporibus fuisse perhibetur, nomen
suum uerum posuit in libro; aliarum confusi sunt'.
hae omnes de quibus dixi Sibyllae praeter Cymaeam, 3
quam legi nisi a quindecimuiris non licet, 'unum deum
esse' testantur, 'principem conditorem parentem, non
ab ullo generatum, sed a se ipso satum, qui et fuerit a
saeculis et sit futurus in saecula et idcirco solus coli
debeat, solus timeri, solus a cunctis uiuentibus hono-
rari'. quarum testimonia quia breuiare non poteram, 4
praetermisi; quae si desideras, ad ipsos tibi libros re-
uertendum est. nunc reliqua persequamur.

6. Haec igitur tot ac tanta testimonia liquido per- 1
docent unum esse regimen in mundo, | unam potes- f. 6v
tatem, cuius nec origo excogitari nec uis enarrari potest.
stulti ergo, qui de concubitu natos putant deos esse [se], 2
cum ipsi sexus et corporum copulatio idcirco mortali-
bus a deo data sint, ut per subolis successionem genus

Inst.: 5, 2 ... arcani] 1, 6, 11 ... emisse; *cf.* 13 a Romanis occultantur 2 ceterarum ... confusi sunt] 1, 6, 13 et sunt ... inseruit 3 ... non licet] 1, 6, 13 ... fas habent 3 unum deum ... honorari] 1, 6, 14 omnes ... praedicant. 15–16. 7, 13 ex se ... procreatus 4] — 6, 1–7, 1] 1, 8, 1–8 6, 1] 1, 8, 1 2–3] 1, 8, 3. 5–6

15 ad ... libros] inst. 1, 6, 15–16 *(non Or. Sib. ipsa; cf. 37, 6)*

Auct.: **9–14** *cf.* Orac. Sib. frg. 1, 15–17 Geffcken. 8, 377

8 Cymaeam] *pr.* a *s.l. m.1* T; *de forma cf. inst. 1, 6, 13* **14** brebriare *sic* T **20** se *del. Pf* **21** ipse *Pf; trad. def. Buen*

3 omne seruetur. immortalibus uero quid opus est aut
sexu aut successione, quos nec uoluptas nec interitus
4 attingit? illi ergo qui dii putantur, quoniam et genitos
esse tamquam homines et procreasse constat, mortales
utique fuerunt, sed dii crediti sunt, quod cum essent
reges magni ac potentes, ob ea beneficia quae in ho-
mines contulerant, diuinos post obitum honores con-
sequi meruerunt positisque templis atque simulacris
memoria eorum tamquam immortalium retenta est at-
que celebrata.
f. 7r 1 7. Sed cum sit | omnibus fere gentibus persuasum
deos esse, res tamen eorum gestae, quas tam poetae
quam historici tradiderunt, homines fuisse declarant.
2 Hercules per quae tempora fuerit, quis ignorat, cum
idem et inter Argonautas nauigauerit et expugnata
Troia Laomedontem Priami patrem ob periurium in-
terfecerit? ab eo tempore paulo amplius quam mille et
3 quingenti computantur anni. hic ne natus quidem ho-
neste traditur, sed Alcimenae adulterio genitus; et ipse
uitiis genitoris addictus nec feminis umquam nec mari-
bus abstinuit orbemque totum non tam gloriae quam
libidinis causa nec tantum ad necandas beluas quantum
4 ad serendos liberos peragrauit. cumque esset inuictus,

Inst.: 6, 4 . . . fuerunt] 1, 8, 4 homines . . . nati. 8 illos . . . mortales 4 sed dii . . . celebrata] 1, 8, 8 dii crediti . . . consecrati 7, 1] 1, 8, 8 quod si . . . prodiderunt 7, 2–5] 1, 9, 1–11 *(ordo aliquantum mutatus)* 7, 2 . . . interfecerit] 1, 9, 1 Hercules. 10 nauigauit . . . apparet 2 ab eo . . . anni] — 3 . . . abstinuit] 1, 9, 1 cum esset . . . adfecit 3 orbemque . . . peragrauit] 1, 9, 1 nonne . . . inquinauit 4 . . . accepit] 1, 9, 7

2 uoluntas T, *corr. Pf* **8** positique T, *corr. Pf* **15** argonautas | as, *alt.* as *exp.*, T

ab una tamen Omphale triumphatus est, cui claua et
spolio | leonis tradito indutus ipse feminea ueste atque f. 7v
ad pedes mulieris abiectus pensa quae faceret accepit.
idem postea instinctu furoris elatus paruos liberos et
uxorem Megaram trucidauit. postremo sumpta Deia- 5
nirae coniugis ueste, cum difflueret ulceribus, doloris
impatiens rogum sibi in Oetaeo monte construxit eoque
se uiuum cremauit. sic efficitur ut, etiamsi ob uirtutem
deus credi potuisset, ob haec tamen homo fuisse cre-
datur.

8. 'Aesculapium' Tarquitius tradit 'ex incertis pa- 1
rentibus natum et ob id expositum atque a uenatoribus
collectum, caninis uberibus educatum, Chironi in dis-
ciplinam datum'. hic Epidauri moratus est, 'Cynosu- 2
ris', ut Cicero ait, 'sepultus', cum esset ictu fulminis in-
teremptus. Apollo autem pater eius non dedignatus est
alienum gregem pascere, ut acciperet | uxorem; et dilec- f. 8r
tum puerum cum peremisset imprudens, 'gemitus suos
inscripsit in flore'. Marti uiro fortissimo adulterii cri- 3
men non defuit, siquidem catenis cum adultera uinctus

Inst.: 7, 4 idem ... trucidauit] 1, 9, 10 idem ... interemit 5 ... cremauit] *aliter* 1, 9, 11 Philocteta ... accepit; *cf.* 1, 18, 5–6   5 sic ... credatur] 1, 9, 2. 11 ... putant 8, 1–9, 3] 1, 10, 1–9. 17, 6–17   8, 1 ... 2 interemptus] 1, 10, 1–2   2 Apollo ... imprudens] 1, 10, 3 ... alienum. idem formosum ... occidit   2 gemitus ... flore] — *(Ou. locus deest)*   3 ... spectaculo fuit] 1, 10, 4

Auct.: **11** Tarquitius] *cf. Kroll, RE IV A 2392*   **15** Cic. nat. deor. 3, 57   **18** Ou. met. 10, 215

7 in *ante* eoque *add. Hm; trad. def. Buen cl. inst. 1, 18, 6*   **11** *ad* tarquitius *in mg. sin. m. post. add. notas ft. idem reddentes* T*; cf. ad 2, 7*   **14** *post* datum *inserendum* didicisse medicinam *coni. Br cl. inst.*   **15** fluminis T*, corr. Da*

spectaculo fuit. Castor et Pollux alienas sponsas non
impune rapuerunt, 'quos' Homerus non poetica, sed
4 simplici fide mortuos 'sepultos'que testatur. Mercu-
rius, qui de stupro Veneris genuit androgynum, deus
5 esse meruit, quia lyram repperit et palaestram. Liber
pater debellata India uictor cum Cretam forte uenisset,
Ariadnam conspexit in litore, quam Theseus et uiola-
uerat et reliquerat. tum amore inflammatus eam sibi in
coniugium sociauit et coronam eius, ut poetae ferunt,
6 inter astra signauit. Mater ipsa post fugam et obitum
uiri cum in Phrygia moraretur, uidua et anus formosum
adulescentem in deliciis habuit et, quia fidem non prae-
stiterat, ademptis genitalibus effeminauit. ideo etiam-
nunc Gallis sacerdotibus gaudet.
1 9. Ceres unde Proserpinam nisi de stupro genuit?
unde Latona geminos nisi ex crimine? Venus deorum et
f. 8v hominum libidinibus exposita | dum regnat in Cypro,
artem meretriciam repperit ac mulieribus imperauit, ut
2 quaestum facerent, ne sola esset infamis. ipsae illae
uirgines Minerua et Diana num castae? unde igitur pro-
siliuit Erichthonius? num in terram Vulcanus effudit et

Inst.: 8, 3 Castor . . . testatur] 1, 10, 5–6 4] 1, 10, 7. 17, 9 androgynus 5] 1, 10, 8–9 6] 1, 17, 7 . . . celebrantur 9, 1 . . . crimine] *cf.* 1, 17, 6 Ceres . . . inuenit 1 Venus . . . infamis] 1, 17, 9 . . . 11 partus 2] 1, 17, 11 sed . . . 13 humo; *ad* tamquam fungus *cf.* 7, 4, 3

Auct.: **2** *cf.* Hom. Il. 3, 243

4 de | *stupro, e *ante* s *eras. et post* d *ins.*, T **7** ariannam T, *corr. Da (*-dnen *Pf)* **17** dum regnat *coni. Br, Pe (cf. 22, 10);* cumregnat T; cum regnaret *Pf, edd., ft. recte* **18** mere-triciam] *alt.* i *s.l.* T **21** ericthonius T; *cf. St 229* ⟨semen⟩ effudit *Pf; trad. def. Brit 412 cl. inst. 1, 17, 13*

inde homo tamquam fungus enatus est? aut illa cur 3
Hippolytum uel 'ad secretas sedes uel ad mulierem re-
legauit, ubi solus inter ignota nemora exigeret aetatem
et iam mutato nomine Virbius uocaretur'? quid haec
significant nisi incestum, quod poetae non audent con-
fiteri?

10. Horum autem omnium rex et pater Iuppiter, 1
quem tenere in caelo summam credunt potestatem, quid
habuit pietatis, qui Saturnum patrem regno expulit et
armis fugientem persecutus est? quid continentiae, qui
omnia libidinum genera exercuit? nam idem Alcime- 2
nam Ledamque summis uiris nuptas adulterio fecit in-
fames, idem pulchritudine pueri captus uenantem ac
uirilia meditantem ad femineos usus uiolenter abripuit.
quid uirginum stupra commemorem, quarum multitudo
quanta fuerit, filiorum nume|rus ostendit? in una ta- 3 f. 9r
men Thetide abstinentior fuit. erat enim praedictum,
quod is, quem paritura esset, maior patre suo futurus
esset. pugnauit ergo cum amore, ne quis se maior nas-
ceretur. sciebat ergo se non esse perfectae uirtutis mag-

Inst.: 9, 3] 1, 17, 15–17 10, 1–4] 1, 10, 10–13. 11, 9–15 *passim* 10, 1] 1, 10, 10 2 . . . infames] 1, 10, 11 Amphitryonem . . . reddidit 2 idem . . . abripuit] 1, 10, 12 2 quid . . . ostendit] *cf.* 1, 10, 11 . . . solet. 1, 11, 9 . . . pepercisset 3 . . . futurus esset] 1, 11, 9 abstinuit . . . natus esset 3 pugnauit . . . nasceretur] — *(*1, 11, 15–16 *aliter)* 3 sciebat . . . timuit] *cf.* 1, 11, 11. 15 non . . . successoris

Auct.: **2–4** *cf.* Verg. Aen. 7, 774–777

2 hippolytum] y *ex* i T religauit T, *corr. Da* **9** pietatis *Da, Buen cl. inst. 1, 10, 10* impius; potestatis T **11** almenam T, *corr. Buen* **17** Thetide] ti *s.l. et alt.* e *ex* i *m.1* T **19** nasceretur] s *s.l.* T

nitudinis potestatis, qui quod ipse patri fecerat timuit.
4 cur igitur Optimus Maximus nominatur, cum se et pec-
catis contaminauerit, quod est iniusti ac mali, et maio-
rem timuerit, quod est imbecilli ac minoris?
1 11. Sed dicet aliquis ficta haec esse a poetis. non est
hoc poeticum sic fingere, ut totum mentiare, sed ut ea
quae gesta sunt figura et quasi uelamine aliquo uer-
sicolore praetexas. hunc habet poetica licentia modum,
non ut totum fingat, quod est mendacis et inepti, sed ut
2 aliquid cum ratione commutet. in imbrem se aureum
uertisse dixerunt, ut Danaen falleret. quis est imber au-
reus? utique aurei nummi, quorum magnam copiam of-
ferens et in sinum infundens fragilitatem uirginalis ani-
mi hac mercede corrupit. sic et 'imbrem ferreum' di-
f. 9v cunt, cum uolunt multitudinem significare telorum. |
3 Catamitum in aquila rapuit. quae est aquila? legio sci-
licet, quoniam figura huius animalis insigne legionis est.
Europam transuexit in tauro. quis est taurus? utique
nauis, quae tutelam habuit tauri ⟨in⟩ specie figuratam.

Inst.: 10, 4 . . . nominatur] 1, 10, 10 qui . . . nominatur. 13 . . . non est   4 cum . . . mali] 1, 10, 13   4 et maiorem . . . minoris] 1, 11, 13   11, 1–14, 4] 1, 11, 17–61 *(ordo mutatus, ex* 1, 13–14 *pauca inserta)*   11, 1 . . . poetis] 1, 11, 17 at . . . finxerunt   1 non est . . . mentiare] *cf.* 1, 11, 25   1 sed ut . . . praetexas] 1, 11, 23 . . . colorem; *cf.* § 36   1 hunc . . . commutet] 1, 11, 24 nesciunt . . . traducat. 25   2] 1, 11, 18   3] 1, 11, 19

Auct.: **14** Verg. Aen. 12, 284 *uel* Enn. ann. 284 Vahlen

2 Optimus Maximus *Da cl. inst. 1, 10, 10;* maxi|musoptimus T   **3** contaminauerit] *pr.* a *s.l.* T   **4** timuerit] e *in ras. ex* it T   ac minoris *Pf;* amin- T   **6** sic] c *ex* i T   ut totum *Pf;* auttotum T   **10** *ante* in *add.* Iouem *St 249, Pe, post* dixerunt *Pf; trad. def. Da*   **14** hac] h *s.l.* T   **19** in *add. Br cl. 15, 2*

sic Inachi filia non utique bos facta transnauit, sed eius- 4
modi nauigio iram Iunonis effugit, quod habebat bouis
formam. denique cum in Aegyptum delata esset, Isis est
facta, cuius nauigium certo quodam die in memoriam
fugae celebratur.

12. Vides ergo non omnia poetas confinxisse, sed 1
quaedam praefigurasse, ut cum uera dicerent, aliquid
tamen numinis adderent iis quos deos esse dicebant, sic-
ut etiam de regnis. cum enim dicunt Iouem caeli reg- 2
num sorte tenuisse, aut Olympum montem significant,
in quo Saturnum et Iouem postmodum habitasse uete-
res historiae produnt, aut partem orientis, quae sit qua-
si superior, quod inde lux nascitur, occidentis autem
uelut inferior, et ideo Plutonem inferos esse sortitum;
mare uero cessisse Neptuno, quod oram maritimam
cum omnibus insulis | obtinuerit. multa sic poetae co- 3 f. 10^{r}
lorant. quod qui nesciunt, tamquam mendaces eos ar-
guunt, uerbo dumtaxat. nam re quidem credunt, quo-
niam deorum simulacra sic fingunt, ut cum mares ac
feminas faciant et alios coniuges, alios parentes, alios
liberos fateantur, poetis utique adsentiant; haec enim
sine coitu et generatione esse non possunt.

Inst.: 11, 4] 1, 11, 20–21 12, 1] 1, 11, 30 ... regnorum 2 ... produnt] 1, 11, 35 2 aut partem ... sortitum] 1, 11, 31 orientis ... uideatur 2 mare ... obtinuerit] 1, 11, 32 3 ... dumtaxat] 1, 11, 36 3 nam ... adsentiant] 1, 11, 29 ... poetae 3 haec ... possunt] *cf.* 1, 8, 6. 11, 26–28

2 bouis *Pf;* bobis, *pr.* b *ex* u *m.2,* T **6** confixisse T, *corr. Pf* sed *Da;* set, s *lin. del.,* T, *unde* et *Pf* **7** praefugurasse T, *corr. Pf* **7–8** aliquid tamen] aliquitta | le T, *corr. Da;* aliquid uelaminis *coni. Br* **12** historiae] h *del. m. post.?* T **16** potae T, *corr. Pf* **21** adsentiunt T, *corr. Da*

1 13. Sed omittamus sane poetas; ad historiam uenia-
mus, quae simul et rerum fide et temporum nititur ue-
2 tustate. Euhemerus fuit Messenius, antiquissimus
scriptor, qui de sacris inscriptionibus ueterum templo-
rum et originem Iouis et res gestas omnemque proge-
niem collegit; item ceterorum deorum parentes patrias
actus imperia obitus, sepulcra etiam persecutus est.
3 quam historiam uertit Ennius in Latinam ⟨linguam⟩,
cuius haec uerba sunt: 'haec, ut scripta sunt, Iouis fra-
trumque eius stirps atque cognatio. in hunc modum no-
4 bis ex sacra scriptione traditum est'. idem igitur Euhe-
merus 'Iouem' tradit, 'cum quinquies orbem circumisset
et amicis suis atque cognatis distribuisset imperia, le-
f. 10V gesque hominibus | multaque alia bona fecisset, immor-
tali gloria memoriaque adfectum sempiterna in Creta
uitam commutasse atque ad deos abisse; et sepulcrum
eius esse in Creta, in oppido Gnosso et in eo scriptum
antiquis litteris Graecis ZAN KPONOY, quod est Iup-
5 piter Saturni'. constat ergo ex iis, quae rettuli, homi-
nem fuisse in terramque regnasse.
1 14. Transeamus ad superiora, ut originem totius
erroris deprehendamus. Saturnus caelo et terra traditur

Inst.: 13, 1] *cf.* 1, 11, 33 . . . docent. 34 uera . . . uelata 2 . . . 3 uerba sunt] 1, 11, 33 antiquus . . . 34 uerba sunt 3 haec . . . traditum est] 1, 14, 6 4] 1, 11, 45–46 5] 1, 11, 44 . . . deprehendimus 14, 1 . . . deprehendamus] — 1 Saturnus . . . 2 respuit] *cf.* 1, 11, 52–62 *passim*

Auct.: **9–11** Enn. frg. uar. 80–82 (Euhem. frg. 3) Vahlen **11–19** ibid. 132–141 (Euhem. frg. 11)

8 Latinam ⟨linguam⟩ *Da;* Latinum *Hm; ft. trad. tuenda putat Pe* **11** exacra T **17** g|nosso T **18** ZAN KPONOY] *u. p. XXXI* **20** terraque *Da, trad. def. Br hic et 14, 4*

natus. hoc utique incredibile est, sed cur ita traditur, 2
ratio certa est; quam qui ignorat, tamquam fabulam
respuit. Saturni patrem Vranum fuisse uocitatum et
Hermes auctor est et Sacra Historia docet. Trismegi- 3
stus 'paucos admodum fuisse' cum diceret 'perfectae
doctrinae uiros, in iis cognatos suos' enumerauit, 'Vra-
num Saturnum Mercurium'. Euhemerus eundem Vra- 4
num primum in terram regnasse commemorat his uer-
bis: 'initio primus in terris imperium summum Caelus
habuit. is id regnum una cum fratribus suis sibi instituit
atque para | ⟨uit⟩' * * *

* * * | hominum stultam beneuolentiam et errorem 5 f. 11[r]
diuinitas attributa sit.

15. Dixi de religionibus quae sunt communes om- 1
nium gentium; dicam nunc de diis quos Romani pro-
prios habent. Faustuli coniugem Romuli Remique 2
nutricem, cuius honori Larentinalia sunt dicata, uulgati
fuisse corporis quis ignorat? et idcirco Lupa nuncupata
est et in ferae specie figurata. Faula quoque et Flora 3

Inst.: 14, 2 Saturni . . . docet] *cf.* 1, 11, 61. 63. 13, 14 3] 1, 11, 61 quod esse . . . suos 4] 1, 13, 14 5] *cf.* 1, 18, 6 stultissime. 14 errorum fluctibus; *consummari uid.* 1, 18–19 15, 1–16, 4] 1, 20, 1–42 *(ordo mutatus)* 15, 1] 1, 20, 1 . . . dixi 2] 1, 20, 2. 4 3] 1, 20, 5–6

Auct.: **4–7** CH IV 108 (frg. 5 b); *cf.* I 115, 5–8 (serm. 10, 5) Nock–Festugière **8–11** Enn. frg. uar. 60–61 (Euhem. frg. 1) Vahlen

Codd.: **11** *in* T *exciderunt folia ut uid. duo; cf. p. XXV et n. 76*

1 tradatur *Da, sed cf. infra 38, 1 et inst. 5, 16, 1* **8** terra *Da; cf. 13, 5* **11** para | ⟨uit⟩ *suppl. Pf; cf. inst.* **16** Remique *Pf;* · rem · que · T **17** honori] *inter* r *et* i *alt.* h *s.l. m. post.* T larentinali T, *corr. Pf*

meretrices erant, quarum altera Herculis fuit scortum,
sicut Verrius tradit, altera cum magnas opes corpore
quaesiuisset, populum scripsit heredem et ideo in ho-
4 norem eius ludi Floralia celebrantur. Tatius muliebre
simulacrum in Cloaca Maxima repertum consecrauit et
5 deam Cloacinam nuncupauit. obsessi a Gallis Romani
ex mulierum capillis tormenta fecerunt et ob id Veneri
Caluae aram templumque posuerunt; item Pistori Ioui,
quod eos monuerat in quiete, ut ex omni fruge panem
facerent et supra hostes iacerent, quo facto desperantes
f. 11v Galli posse inopia Romanos | subigi ab obsidione dis-
6 cesserant. Pauorem ac Pallorem Tullus Hostilius deos
fecit. colitur et Mens, quam credo si habuissent, num-
quam colendam putassent. Honorem atque Virtutem
Marcellus inuenit.
1 16. Sed et alios eiusmodi commenticios deos senatus
instituit: Spem Fidem Concordiam Pacem Pudicitiam
Pietatem; quae omnia cum in animis hominum esse ue-
2 ra deberent, intra parietes falsa posuerunt. hos tamen,
quamuis extra hominem in nulla sint omnino substan-
tia, mallem potius coli quam Robiginem, quam Febrem

Inst.: 15, 4] 1, 20, 11 ... imposuit 5 ... posuerunt] 1, 20, 27 5 item ... discesserant] 1, 20, 33 6 ... fecit] 1, 20, 11 Pauorem ... coluit 6 colitur ... putassent] 1, 20, 13 6 Honorem ... inuenit] 1, 20, 12 ab hoc ... congruit 16, 1 ... Pietatem] *cf.* 1, 20, 19 ... Fidem. 24–25 1 quae ... posuerunt] 1, 20, 18 non enim ... collocatae 2 ... coli] *aliter* 1, 20, 19 atquin ... 20 careas 2 quam ... Febrem] 1, 20, 17 ut Romani ... febrem

Auct.: **2** Verr. Fl. frg. inc. *(ex Fastis? cf. Dihle, RE VIII A 1637)*

9 fruge] g *ex* c *m.2?* T panem *Pf;* pacem T

– quae non sacranda sunt, sed execranda –, quam For-
nacem cum suis Fornacalibus sacris, quam Stercutum,
qui fimo pinguefacere terram primus ostendit, quam
deam Mutam, quae Lares genuit, quam Cuninam, quae
cunis infantium praeest, quam Cacam, quae ad Hercu-
lem de furto boum detulit, ut occideret fratrem. quam 3
multa sunt alia portenta atque ludibria! de quibus piget
dicere. Terminum tamen non libet praeterire, quia ne
Ioui quidem Capitolino cessisse traditur, cum lapis esset
informis. hunc | finium putant habere custodiam eique 4 f. 12r
publice supplicatur, ut 'Capitoli immobile saxum' Ro-
mani imperii fines et conseruet ⟨et⟩ proroget.

17. Has omnes ineptias primus in Latio Faunus 1
induxit, qui et Saturno auo cruenta sacra constituit et
Picum patrem tamquam deum coli uoluit et Fentam
Faunam coniugem sororemque inter deos collocauit ac
Bonam Deam nominauit, deinde Romae Numa, qui 2

Inst.: 16, 2 quae . . . execranda] *cf.* 1, 20, 24 falsas consecrationes 2 Fornacem . . . sacris] 1, 20, 35 . . . operari 2 Stercutum . . . ostendit] 1, 20, 36 Stercutus . . . induxit 2 Mutam . . . genuit] 1, 20, 35 Mutam . . . non potest 2 Cuninam . . . praeest] 1, 20, 36 Cunina . . . submouet 2 Cacam . . . fratrem] 1, 20, 36 . . . fratrem 3 . . . dicere] 1, 20, 34. 36 et mille . . . uenerantur. 42 3 Terminum . . . 4 proroget] 1, 20, 37–41 17, 1–4] 1, 22, 1–13 *(ordo mutatus,* § 4 *aliunde inserta)* 17, 1 . . . collocauit] 1, 22, 9 Faunus . . . consecrauit 1 ac . . . nominauit] 1, 22, 11 et Bonam Deam nominant 2] 1, 22, 1 . . . implicauit. 4

Auct.: **11** Verg. Aen. 9, 448

3 fimo *Da;* fumo T **4** qua | cuninam T, *corr. Pf* **7** sunt *del., post* fratrem *commate dist. Da* **12** et *add. Pf* **13** omnis T, *corr. Pf* **15** fentan T, *corr. Br cl. inst. (*Fatuam *Pf)*

agrestes illos ac rudes uiros superstitionibus nouis onerauit, sacerdotia instituit, deos familiis gentibusque distribuit, ut animos ferocis populi ab armorum studiis
3 auocaret. ideo Lucilius deridens ineptias istorum, qui uanis superstitionibus seruiunt, hos uersus posuit:

> 'terriculas Lamias, Fauni quas Pompiliique
> instituere Numae, tremit has, hic omnia ponit.
> ut pueri infantes credunt signa omnia aena
> uiuere et esse homines, sic isti omnia ficta
> uera putant, credunt signis cor inesse in aenis.
> pergula pictorum, ueri nihil, omnia ficta'.

4 Tullius quoque de natura deorum 'commenticios ac fic-
f. 12v tos deos' queritur 'inductos et hinc extitisse | falsas opiniones erroresque turbulentos et superstitiones paene aniles'. quae sententia eo debet grauior computari quod haec disseruit et philosophus et sacerdos.

1 18. Diximus de diis; nunc de ritibus sacrorum culturisque dicemus. Ioui Cyprio, sicut Teucrus instituerat,
2 humana hostia mactari solebat. sic et Tauri Dianae hospites immolabant; Latiaris quoque Iuppiter humano sanguine propitiatus est. etiam ante Saturno sexagenarii

Inst.: 17, 3] 1, 22, 13 4 . . . aniles] 1, 17, 1 quos Cicero . . . 2 aniles 4 quae . . . sacerdos] 1, 15, 16–17 18, 1–11] 1, 21, 1–40 18, 1] 1, 21, 1 . . . tradidit 2 . . . immolabant] 1, 21, 2 2 Latiaris . . . propitiatus est] 1, 21, 3 ne Latini . . . humano 2 etiam . . . deiciebantur] 1, 21, 6–7 *(*sexagenarii *et* Apollo *desunt)*

Auct.: **6–11** Lucil. 484–489 Marx **12–15** Cic. nat. deor. 2, 70 **21** sexagenarii] *cf.* Ou. fast. 5, 623

1 nobis T, *corr. Pf* **2** ⟨et⟩ deos *Pf* **11** percula T ficta *Da, Buen cl. inst.;* picta T **15** computari *Da;* comparari T*;* -parere *Brit 21* **19** hostia *Pf;* hospitia T

homines ex persona Apollinis de ponte in Tiberim dei-
ciebantur. et eidem Saturno Carthaginienses non mo- 3
do infantes prosecrabant, sed uicti a Siculis ut piaculum
soluerent ducentos nobilium filios immolauerunt. nec 4
illa his humaniora sunt, quae fiunt etiamnunc Matri
Magnae atque Bellonae, in quibus antistites non alieno
sanguine, sed suo litant, cum amputatis genitalibus a
uiris migrant nec ad feminas transeunt aut sectis umeris
detestabiles aras proprio cruore respergunt. sed haec 5
crudelia; ueniamus ad mitia. Isidis sacra nihil aliud | f. 13r
ostendunt nisi quemadmodum filium paruum qui dici-
tur Osiris perdiderit et inuenerit. nam primo sacer- 6
dotes ac ministri derasis omnibus membris tunsisque
pectoribus plangunt dolent quaerunt adfectum matris
imitantes, postmodum puer per Cynocephalum inueni-
tur. sic luctuosa sacra laetitia terminantur. his etiam 7
Cereris simile mysterium est, in quo facibus accensis per
noctem Proserpina inquiritur et ea inuenta ritus omnis

Inst.: 18, 3] 1, 21, 9 nam ... inuenio. 13 4] 1, 21, 16 ... 17 insaniunt 5 ... mitia] *cf.* 1, 21, 19 5 Isidis ... 6 terminantur] 1, 21, 20. 22 Osiris (Cynocephalus *deest*) 7] 1, 21, 24

Auct.: **1** Apollinis] *Lact. Apollinem pro Ioue Dodonaeo memoria deceptus inseruisse uid. ex fonte (Varrone?) qui extat Macr. Sat. 1, 7, 28 (responsi plenius quam inst. 1, 21, 7 laudati uersu tertio) et 30; de Arnob. nat. 2, 68 cogitant Br et Pe ad l.* **15** Cynocephalum] *cf.* Min. Fel. 22, 1

1 persona] responso *Da cl. inst., trad. def. Pe* ponte] *nomen pontis (in inst. falso* Miluio *pro Sublicio) uix excidit in* T *(quod coni. Br), sed a Lact. omissum uid. cum Ou. fast. 5, 622 = inst. 1, 21, 9* **3** prosecabant *Da, Br; trad. def. Buen, Pe hic et 32, 5 cl. uar. ll. inst. 3, 20, 16. 4, 27, 5* **7** amputatis *Pf;* iamput- T **8** secutis T, *corr. Pf* **17** cereris T^{ac} *(ex pr.* r *fecit* t *m.2 ut uid.)*

8 gratulatione ac taedarum iactatione finitur. Lampsa-
ceni asellum Priapo mactant. ea enim uisa est aptior
uictima, quae ipsi cui mactatur magnitudine uirilis ob-
9 sceni posset aequari. Lindos est oppidum Rhodi, ubi
Herculis sacra maledictis celebrantur. Hercules enim
cum boues aratori abstulisset atque immolasset, ille in-
iuriam suam conuiciis ultus est eoque ipso sacerdote
postmodum constituto sanctum est, ut isdem maledictis
10 et ipse et alii postea sacerdotes sacra celebrarent. Cre-
tici autem Iouis mysterium est, quomodo infans aut
f. 13v sub|tractus sit patri aut educatus. capella praesto est,
11 cuius uberibus puerum Amalthea nutriuit. idem etiam
Matris Deum sacra demonstrant. nam quia tum Cory-
bantes galearum tinnitibus et scutorum pulsibus uagi-
tum pueri texerant, nunc imago rei refertur in sacris,
sed pro galeis cymbala, pro scutis tympana feriuntur, ne
puerum uagientem Saturnus exaudiat.

1 19. Haec sunt mysteria deorum. nunc etiam origi-
nem religionum requiramus, ut et a quibus et per quae
2 tempora institutae fuerint eruamus. Didymus in iis
libris qui inscribuntur ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς 'Melis-
sea fuisse' tradit 'Cretensium regem, cuius filiae fuerint

Inst.: 18, 8] 1, 21, 25–28 9] 1, 21, 31–36 10] 1, 21, 38 11] 1, 21, 39–40 19, 1–6] 1, 22, 16–23, 5 19, 1] 1, 22, 18. 23, 1 2 . . . regem] 1, 22, 19 . . . regem 2 cuius . . . melle] 1, 22, 19 huius . . . nutrierint

Auct.: **21–p. 21, 3** Didym. Gramm. frg. II 5, 14 p. 220 Schmidt

1 lamsaceni T **4** posset] p *in ras. ex alia litt., ft.* b T rhodii T, *corr. Pf* **8** constituto] *tert.* t *s.l. m.1* T **12** cuius] *alt.* u *ex aliis litt. ut uid.* T **15** sacriis T, *corr. Pf* **16** tympana] cymbala T^{ac} *(ras. corr. m.1 uel 2)* feruntur T, *corr. Da* **21** ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς] *u. p. XXXI* mellissea T **22** Cretensium] r *in ras.* T

Amalthea et Melissa, quae Iouem nutrierint caprino
lacte ac melle. hunc nouos ritus ac pompas sacrorum 3
introduxisse et primum diis sacrificasse, id est Vestae',
quae dicitur Tellus – unde poeta: 'primamque deorum
Tellurem' –, 'et postmodum Deum Matri'. Euhemerus 4
autem in Sacra Historia 'ipsum Iouem' dicit, 'postquam
imperium ceperit, sibi multis in locis | fana posuisse'. f. 14r
nam circuiens orbem ut quemque in locum uenerat,
principes populorum amicitia sibi et hospitii iure socia-
bat. cuius rei ut posset memoria seruari, fanum sibi
creari iubebat atque ab hospitibus suis annua festa ce-
lebrari. sic per omnes terras cultum sui nominis semi-
nauit. quando autem isti fuerint facile colligi potest. 5
scribit enim Thallus in historia sua 'Belum regem As-
syriorum, quem Babylonii colunt quique Saturni fuerit
aequalis et amicus, antiquiorem fuisse Troico bello an-
nis CCCXXII', et sunt ab Ilio capto anni MCCCCLXX.
unde apparet non amplius quam MDCCC esse annos, 6

Inst.: 19, 3 . . . sacrificasse] 1, 22, 19 primum . . . introduxisse 3 id est . . . Tellurem] — *(*Vesta *et Verg. locus desunt, ad* Tellus *cf.* 1, 22, 28; *aliter* 1, 22, 20 unde . . . complesse*)* 3 et . . . Matri] *cf.* 1, 22, 20 Melissam . . . nuncupentur 4] 1, 22, 21–24 5 . . . potest] 1, 22, 27 de tempore . . . coeperint. 23, 1 5 scribit . . . CCCXXII] 1, 23, 2 . . . adoleuisse 5 et sunt . . . MCCCCLXX] 1, 23, 4 ab excidio . . . septuaginta 6] 1, 23, 5

Auct.: **4–5** Verg. Aen. 7, 136 sq. **6–7** Enn. frg. uar. 118 (Euhem. frg. 10) Vahlen **14–17** Thallus, FGrHist 256 F 2–3 *ex* Theophil. Autol. 3, 29; *cf.* Tert. apol. 19 frg. Fuld. 2

1 Melissa *Pf;* fellisa T **2** ponpas T **3** diis] *alt.* i *s.l. m.2* T **4** poetae *Br ex errore* **6** storia T **7** coeperit T, *corr. Pf; cf. inst. 1, 22, 21* rerum potitus **14** Thallus] h *s.l. m.1* T bellum T, *corr. Pf* **17** MCCCCIXX T, *corr. Pf*

ex quo nouis deorum cultibus institutis humanum genus
inciderit in errorem.
1 20. Merito igitur poetae commutatum esse aureum
saeculum memorant, quod fuerit regnante Saturno. nul-
li enim tunc dii colebantur, sed unum et solum deum
2 nouerant. postquam se terrenis ac fragilibus subiuga-
uerunt colentes ligna et aera et lapides, commutatio sae-
f. 14ᵛ 3 culi facta est usque ad ferrum. | amissa enim dei notitia
et uno illo uinculo humanae societatis abrupto uastare
4 se inuicem, praedari ac debellare coeperunt. quodsi
sursum oculos suos tollerent ac deum intuerentur, qui
eos ad aspectum caeli suique excitauit, numquam se
curuos et humiles facerent terrena uenerando. quorum
stultitiam Lucretius grauiter incusat dicens:

> 'et faciunt animos humiles formidine diuum
> depressosque premunt ad terram';

5 †qua reddunt† nec intellegunt, quam uanum sit ea

Inst.: 20, 1–3] 5, 5, 1–6, 13 *passim* 20, 1] 5, 5, 1 poetae ... 3 colebatur; *ad* commutatum ... saeculum *cf.* 5, 6, 11–12 2 ... subiugauerunt] *cf.* 2, 1, 4 terrenis ... substernerent 2 colentes ... lapides] — *(sed cf.* 2, 2, 2. 10*)* 2 commutatio ... ferrum] *cf.* 5, 6, 12–13 3] 5, 5, 13–14; *ad* dei notitia *cf.* 2, 13, 12 20, 4–15] 2, 1, 4–5, 3. 6, 1–6 *(ordo mutatus)* 20, 4 ... uenerando] 2, 1, 14 ... 15 erexit 4 quorum ... terram] 2, 3, 10 ... terram 5 ... feceris] 2, 2, 1 ... finxerint

Auct.: **7** ligna ... lapides] *cf.* Min. Fel. 24, 6–7 **15–16** Lucr. 6, 52 sq.

1 nobis T, *corr. Pf* **8** enim] e *ex* c? *m.2* T **17** quareddunt·, *in fine lin. spatium 3 litt.*, T; *trad. def. Dräger* qua *(terra)* fingunt *(terrena deorum simulacra) interpretatus, Schöll* deos *subaudiens; nonnulla omissa recte putat Br* quare ⟨simulacris se de⟩dunt *conatus cl. inst. 2, 3, 9, quod recepit Pe;* quare colunt *Da;* in qua repunt *Cl 11, 1719, 196 (cf. ira 20, 10); alii alia*

timere quae feceris aut ab his aliquod sperare praesi-
dium, quae muta et insensibilia nec uident nec audiunt
supplicantem. quid ergo maiestatis aut numinis habere 6
possunt, quae et fuerunt in hominis potestate, ne fierent
aut ⟨ut⟩ aliud fierent, et sunt etiamnunc? nam et uio- 7
lari et furto sublabi possunt, nisi illa et lex saepiat et
humana custodia. num igitur mentis suae compos uideri
potest, qui talibus opimas uictimas caedit, dona conse-
crat, pretiosas uestes | offert, quasi uti possint qui motu f. 15r
carent? merito ergo Dionysius Siciliae tyrannus deos 8
Graeciae, cum eam uictor occupasset, spoliauit atque
derisit et post sacrilegia quae admiserat ad Siciliam
prospera nauigatione remeauit regnumque tenuit usque
ad senectutem nec eum dii uiolati punire potuerunt.
quanto satius est spretis inanibus ad deum se con- 9
uertere, tueri statum quem a deo acceperis, tueri no-
men; idcirco enim ἄνθρωπος, quia sursum spectet, no-
minatur. sursum autem spectat qui deum uerum et 10
uiuum, qui est in caelo, suspicit, qui artificem, qui pa-
rentem animae suae non modo sensu ac mente, uerum
etiam uultu et oculis sublimibus quaerit. qui autem se 11

Inst.: 20, 5 aut . . . supplicantem] *cf.* 2, 2, 9–11. 4, 6 6 . . . fierent] 2, 4, 1 6 et sunt . . . 7 custodia] *cf.* 2, 4, 5 7 num . . . carent] 2, 4, 8–9. 15; *cf.* 2, 2, 14 uictimas caedunt 8] 2, 4, 16–20 9 . . . conuertere] 2, 5, 1 . . . ueri 9 tueri . . . nomen] *cf.* 2, 1, 18–19. 2, 19 9 idcirco . . . nominatur] 2, 1, 16 . . . spectet 10] 2, 5, 3; *cf.* 2, 18, 6; *ad* parentem animae *cf.* 2, 11, 19 11 . . . homo] 2, 2, 11–12; *cf.* 2, 17, 6

1 his] iis *Br; cf. St 467 sq.* **3** suplicantem T **5** ut *add. Pf; cf. inst.* **8** optimas T, *corr. Da; cf. inst. 2, 4, 15* **9** uti ⟨eis⟩ *Pf; trad. def. Da* possint *Pf;* -sunt T *(cf.* quasi *c. ind. falso trad. inst. 2, 4, 31)* **18** sursum *ante* autem] susum T *hic tantum, corr. Pf* **21** etiam] m *propter foramen membranae s.l. m.1* T

terrenis humilibusque substernit, utique illud quod est
inferius sibi praefert. nam cum ipse opus dei sit, simu-
lacrum autem opus hominis, non potest humanum opus
diuino anteponi et, sicut deus hominis parens est, ita
f. 15v simulacri homo. | stultus igitur et amens qui adorat
12 quod ipse fabricauit. cuius artificii detestabilis et inepti
auctor fuit Prometheus patruo Iouis Iapeto natus. nam
cum primum Iuppiter summo potitus imperio tamquam
deum se constituere uellet ac templa condere et quaere-
ret aliquem, qui humanam figuram posset exprimere,
tunc Prometheus extitit, qui hominis effigiem de pingui
luto figuraret ita ueri similiter, ut nouitas ac subtilitas
13 artis miraculo esset. denique illum et sui temporis ho-
mines et postea poetae tamquam fictorem ueri ac uiui
hominis prodiderunt et nos, quotiens fabre facta signa
laudamus, uiuere illa et spirare dicimus. et hic quidem
14 auctor fuit fictilium simulacrorum. sequentes autem
posteri et de marmore sculpserunt et ex aere fuderunt;
deinde processu temporum ex auro et ebore accessit or-
natus, ut non modo similitudines oculos hominum, ue-
15 rum etiam fulgor ipse praestringeret. sic inlecti pul-
f. 16r chritudine ac uerae maiestatis | obliti insensibilia sen-
tientes, inrationabilia rationabiles, exanima uiuentes co-
lenda sibi ac ueneranda duxerunt.

Inst.: 20, 11 stultus . . . fabricauit] *cf.* 2, 2, 1 12 . . . figuraret] 2, 10, 5–12 *passim; ad* nam . . . condere *cf. et* 5, 6, 6 12 ita . . . 13 simulacrorum] — *(ad* postea . . . prodiderunt *cf.* 2, 10, 13 . . . adscribi*)* 14 . . . 15 pulchritudine] 2, 6, 2 tanta . . . 3 fulserint. 6 15 uerae . . . obliti] *cf.* 2, 1, 5 15 insensibilia . . . duxerunt] 2, 2, 17

4 ita] it *euan.* T **21** pulcritudine, *pr* i *in ras. ex* y?, T **24** ac] ad T, *corr. Pf*

21. Nunc refellamus eos etiam, qui elementa mundi 1
tamquam deos habent, id est caelum solem atque lunam, quorum artificem non cognoscentes ipsa opera
mirantur et adorant. qui error non imperitorum modo, 2
uerum etiam philosophorum est, siquidem Stoici uniuersa caelestia in deorum numero habenda censent, quia certos et rationabiles motus habent, quibus succedentium sibi temporum uicissitudines constantissime
seruant. non est igitur in his uoluntarius motus, quia 3
praestitutis legibus seruiunt, non proprio utique sensu, sed opificio summi conditoris, qui illa sic ordinauit, ut inerrabiles cursus et certa spatia conficerent, quibus dierum ac noctium, aestatis et hiemis alterna uariarent.
quodsi effectus eorum, si meatus, si claritatem, si con- 4
stantiam, si pulchritudinem admirantur, intellegere debuerunt, quanto his pulchrior et | praeclarior et poten- f. 16ᵛ
tior sit ipse conditor atque artifex eorum deus. sed illi 5
diuinitatem humanis uisibus aestimauerunt ignorantes nec aeternum esse posse quod ueniat sub aspectum nec quod sit aeternum posse oculis mortalibus comprehendi.

Inst.: 21, 1–5] 2, 5, 4–23; *nonnulla, praesertim* § 5 *aliunde sumpta* 21, 1] 2, 5, 4–6 2 . . . censent] 2, 5, 7 . . . censeant 2 quia . . . seruant] *cf.* 2, 5, 8–9. 12 quia . . . habent 3 . . . seruiunt] 2, 5, 14 3 non . . . sensu] *cf.* 2, 5, 15 tamquam . . . sciens. 29–31 3 sed . . . uariarent] 2, 5, 17 nimirum . . . uarietates. 20–21; *ad* aestatis et hiemis *cf.* 2, 9, 9 4] 2, 5, 5; *cf.* 2, 13, 10. 12 5] 2, 3, 7–8. 4, 7 quidquid . . . alienum est

1 eos etiam T[1]; *ordinem lineolis s.l. (u. p. XXVI n. 77) mutauit m. post. (ft. cl. 45, 1 uel sim.), unde* etiam eos *Br, Pe, sed cf. inst. 3, 8, 32* **2** deos] d *s.l. m.1* T **12** inenarrabiles T, *corr. Da*

1 22. Vnum et ultimum restat, ut quoniam plerumque
accidit, sicut in historiis legimus, ut maiestatem suam
dii ostendisse uideantur per auguria, per somnia, per
oracula, tum etiam poenis eorum qui sacrilegia com-
miserant, doceam quae ratio id effecerit, ne quis etiam-
nunc in eosdem laqueos incidat quos illi ueteres inci-
2 derunt. cum deus pro uirtute maiestatis suae mundum
de nihilo condidisset caelumque luminibus adornasset,
terram uero et mare complesset animalibus, tum ho-
minem de limo ad imaginem similitudinis suae figura-
tum inspirauit ad uitam posuitque eum in paradiso,
quem conseuerat omni genere fructiferi ligni, et prae-
cepit ei, ne una ex arbore, in qua posuerat [ei] scientiam
f. 17r boni malique, gus | taret, fore interminatus ut uitam per-
deret, si fecisset, si uero mandatum seruaret, immortalis
3 permaneret. tum serpens, qui erat unus ex dei minis-
tris, inuidens homini, quod esset immortalis effectus,
inlexit eum dolo, ut mandatum dei legemque transcen-

Inst.: 22, 1–8] 2, 7, 7–13, 13 *(ordo mutatus)* 22, 1 . . . oracula] 2, 7, 7 1 tum . . . commiserant] 2, 7, 14 1 doceam . . . inciderunt] 2, 8, 1 2 . . . condidisset] 2, 8, 8 . . . nihilo. 9, 12 in deo . . . perfecta est 2 caelumque . . . adornasset] 2, 9, 2 . . . 3 adornauit 2 terram . . . animalibus] 2, 10, 1 . . . completa sunt 2 tum . . . uitam] 2, 10, 3. 11, 19. 12, 1–3 2 posuitque . . . permaneret] 2, 12, 15–16 3 serpens] *cf.* 2, 16, 11 serpens . . . 12 perlatus est 3 qui . . . ministris] *cf.* 2, 14, 1 cui . . . potestatem 3 inuidens . . . amisit] 2, 12, 17 . . . 18 mali*; nonnulla ex Cypr. inserta*

Auct.: **16–p. 27, 2** *cf.* Cypr. zel. 4 l. 52–59 Simonetti*; ad* serpens *cf.* gen. 3, 1

6 ⟨in⟩ quos *Pf, trad. def. Buen cl. inst. 5, 7, 7; cf. St 250* **11** paradisso T **13** ei *del. Da, Br cl. inst. 2, 12, 16 (* ei *ante* ne *falso hic repet.), haud recte def. St 249, Pe*

deret. et hoc modo scientiam quidem boni ac mali ac-
cepit, sed uitam quam perpetuam deus tribuerat amisit.
eiecit ergo peccatorem de sancto loco et in hunc orbem 4
relegauit, ut uictum quaereret per laborem, ut diffi-
cultates et aerumnas pro merito sustineret, ipsumque
paradisum uallo igneo circumfudit, ne quis hominum
ad diem usque iudicii ad locum illum perpetuae beati-
tudinis conaretur inrepere. tum secuta est hominem 5
mors ex dei sententia et tamen uita eius, licet temporalis
esse coepisset, in mille annis terminum sumpsit et id fuit
humanae uitae spatium usque ad cataclysmi tempus.
nam post diluuium paulatim uita hominum breuiata et
ad annos centum | uiginti redacta est. serpens uero ille, 6 f. 17v
qui de factis diabolus id est criminator siue delator no-
men accepit, non destitit semen hominis, quem a prin-
cipio deceperat, persequi. denique eum qui primus in 7
hoc orbe generatus est, inspirato liuore in caedem fra-
tris armauit, ut de duobus primogenitis hominibus alte-
rum extingueret, alterum faceret parricidam. nec 8
quieuit deinceps, quominus per singulas generationes
pectoribus hominum malitiae uirus infunderet, corrum-
peret, deprauaret, tantis denique sceleribus obrueret, ut

Inst.: 22, 4 . . . laborem] 2, 12, 19 . . . conquireret; *cf.* 7, 5, 27 add. 10 4 ut . . . sustineret] — *(cf.* 7, 5, 17 difficultate. 7, 5, 27 add. 14 aerumnas*)* 4 ipsumque . . . inrepere] 2, 12, 19 ipsumque . . . sublata 5 . . . sententia] 2, 12, 20 mors . . . sententiam 5 et tamen . . . sumpsit] 2, 12, 21 . . . prorogaretur 5 et id . . . redacta est] 2, 13, 3; *ad* diluuium *cf.* 2, 13, 1–2 6 . . . accepit] *cf.* 2, 8, 6 6 non . . . 7 parricidam] — 8] *cf.* 2, 13, 1; *ad* uiuerent . . . beluarum *cf.* 3, 8, 20

Auct.: **15–19** *cf.* Cypr. zel. 5 l. 67–72

6 paradissum T **12** dilluuium T **17** liuore *Pf;* libere T **21** ⟨eos⟩ corrumperet *Pf, trad. def. Da*

iustitiae iam rarum esset exemplum, sed uiuerent ho-
9 mines ritu beluarum. quod deus cum uideret, angelos
suos misit, ut uitam hominum excolerent eosque ab om-
ni malo tuerentur. his mandatum dedit ut se terrenis
abstinerent, ne qua labe maculati honore angelico mul-
10 tarentur. sed eos quoque idem ille subdolus crimina-
tor, dum inter homines commorantur, inlexit ad uolup-
tates, ut se cum mulieribus inquinarent. tum damnati
sententia dei et ob peccata proiecti et nomen angelorum
f. 18r 11 et substantiam perdiderunt. ita diaboli | satellites facti,
ut habeant solacium perditionis suae, ad perdendos ho-
mines conuerterunt, quos ut tuerentur aduenerant.
1 23. Hi sunt daemones, de quibus poetae saepe in
carminibus suis loquuntur, quos 'custodes hominum'
appellat Hesiodus. ita enim persuaserunt hominibus in-
lecebris atque fallaciis suis, ut eosdem deos esse crede-
2 rent. denique Socrates habere se a prima pueritia cus-
todem rectoremque uitae suae daemonem praedicabat,
3 sine cuius nutu et imperio nihil agere posset. adhaerent
ergo singulis et sub nomine geniorum aut penatium

Inst.: 22, 9–23, 9] 2, 14, 1–16, 20   22, 9] 2, 14, 1 . . . dignitatem   10 . . . 11 satellites facti] 2, 14, 2–3; *ad* substantiam *cf.* § 1   11 ut . . . aduenerant] 2, 14, 8. 11   23, 1 . . . Hesiodus] 2, 14, 7   1 ita . . . crederent] *cf.* 2, 14, 6 hos . . . esse. 8 sed . . . colatur   2] 2, 14, 9 Socrates . . . regeretur   3 . . . occupant] 2, 14, 12 adhaerent . . . adsumunt

Auct.: **14** Hes. op. 122 sq.

1 rarum *Pf;* rerum T   sed] *fere copulatiuum uel i. q.* immo uero *(u. Hofmann–Szantyr, Lateinische Syntax und Stilistik, Monaci 1965, 487 sq.);* et *Pf*   **7** uolumtates T, *corr. Pf*   **9** sententiam T, *corr. Pf*   **11** haberent *Pf, sed cf. 23, 7* deludant   **12** ⟨se⟩ conuerterunt *Pf, trad. def. Buen*   **18** rectoremquae T, *corr. Pf*   praedicabat] *pr.* a *s.l. m.1* T

domos occupant. his sacraria constituuntur, his cottidie
libatur ut laribus, his honos datur tamquam malorum
depulsoribus; hi a principio ut auerterent homines a 4
dei ueri agnitione, nouas religiones et cultus deorum
introduxerunt, hi memorias regum mortuorum conse-
crari, templa constitui, simulacra fieri docuerunt, non
ut honorem dei minuerent aut suum augerent, quem
peccando amiserunt, sed ut uitam hominibus eriperent,
spem uerae lucis auferrent, | ne homines, unde illi exci- f. 18v
derunt, ad immortalitatis caeleste praemium perueni-
rent. idem astrologiam prodiderunt et auguratum et 5
haruspicinam; quae cum per se falsa sint, tamen ipsi
auctores malorum sic ea gubernant, sic temperant, ut
uera credantur. ipsi etiam magicae artis praestigias ad 6
circumscribendos oculos reppererunt – illorum aspira-
tione fit, ut quod sit, non esse et quod non sit, esse
uideatur –, ipsi necyomantias, ipsi sortes et oracula, ut 7
mentes hominum per ambiguos exitus mentita diuina-
tione deludant. in templis uero et sacrificiis omnibus

Inst.: 23, 3 his . . . depulsoribus] 2, 14, 13 4 . . . docuerunt] 2, 16, 3; agnitione] *cf.* § 9 notitia; nouas . . . introduxerunt] *cf.* 2, 13, 12–13; templa constitui] 2, 10, 12 4 non ut . . . peruenirent] 2, 16, 9 non quo . . . perdiderunt 5 . . . haruspicinam] 2, 16, 1 . . . auguratio 5 quae . . . credantur] 2, 16, 1 quae omnia . . . credantur 6] 2, 14, 10; *cf.* 2, 16, 1 ars magica 7 . . . oracula] 2, 16, 1 et ipsa . . . necromantia 7 ut . . . deludant] 2, 16, 2 ita . . . deludunt 7 in templis . . . credant] 2, 16, 10 in templis . . . numinis

3 hi *Pf;* his T **6** constutui T, *corr. Pf* **7** aut *Pf;* haut T **8** amiserant *Hm, alii, sed cf. infra* exciderunt **15** circumscribendas T, *corr. Pf* **17** necromantias *Pf cl. inst.* **18** *ft.* diuinitate *scribendum cl. inst. (ubi inuicem* diuinatione *uoluit Brit 416), sed cf. inst. 4, 26, 2* diuinatio prophetarum . . . uera **19** deluderent *Da, trad. def. Br cl. 22, 11* habeant

praesentes adsunt et prodigiis quibusdam fallacibus edi-
tis ad miraculum praesentium sic homines circumue-
niunt, ut inesse numen simulacris et imaginibus credant.
8 inrepunt etiam corporibus ut spiritus tenues uitiatisque
membris morbos conciunt, quos sacrificiis uotisque pla-
cati postmodum relaxent, somnia immittunt aut plane
terrores, ut ipsi rogentur, aut quorum exitus respon-
f. 19r 9 de | ant ueritati, ut uenerationem sui augeant. nonnum-
quam etiam in sacrilegos edunt aliquid ultionis, ut quis-
quis uiderit, timidior ac religiosior fiat. sic fraudibus
suis obduxerunt humano generi tenebras, ut oppressa
ueritate summi ac singularis dei nomen in obliuionem
ueniret.
1 24. Sed dicet quispiam: cur ergo uerus ille deus
patitur haec fieri ac non potius malos uel summouet uel
extinguit? cur uero ipse daemoniarchen a principio fe-
cit, ut esset qui cuncta corrumperet, cuncta disperderet?
2 dicam breuiter cur hunc talem esse uoluerit. quaero,
utrumne uirtus bonum sit an malum. negari non potest,
quin bonum. si bonum est uirtus, malum est igitur e
3 contrario uitium. si uitium ex eo malum est, quia

Inst.: 23, 8] 2, 14, 14. 16, 14 prodigiis ... uenerationem 9 ... fiat] *cf.* 2, 16, 11 9 sic ... ueniret] 2, 16, 10 ... norint. 20 ... inueterauerunt 24, 1–25, 1] 2, 17, 1–12, *sed* c. 24 *paene totum aliunde; cf.* 2, 8, 6 add. 1–9; *u. p. XXII* 24, 1 ... extinguit] 2, 17, 1 ... erroribus; *cf.* 5, 21, 7 1 cur ... disperderet] — (*cf.* 2, 8, 3 add. fecit in principio. 2, 14, 6 daemoniarchen. 7, 5, 27 add. 1) 2 ... uoluerit] *cf.* 2, 8, 6 add. 1 2 quaero ... uitium] — 3 ... adfligit] — (*aliter* 2, 17, 1 ut mala ... uirtutibus)

5 placatis T, *corr. Pf* **10** fiat] a *s.l. m.1* T **13** uenerit *Da, Brit 416 contra numerum* **14** dicet (*uel* dicat) *Da cl. inst.;* dicit T, *Buen cl. ira 16, 1 trad.* quaerit **15** ac non *Da;* an T, *quod temere def. Pf* **16** ipse *Da;* -i T daemoni · archen · T

uirtutem impugnat, et uirtus ex eo bonum est, quia ui-
tium adfligit, ergo non potest uirtus sine uitio consistere
et, si uitium sustuleris, uirtutis merita tollentur. nec
enim potest ulla fieri sine hoste uictoria. ita fit, ut bo-
num sine malo esse non possit. uidit hoc Chrysippus 4
uir acris ingenii | de prouidentia disserens eosque stulti- f. 19v
tiae redarguit, qui bonum quidem a deo factum putant,
malum autem negant. huius sententiam interpretatus 5
est A. Gellius in libris Noctium Atticarum sic dicens:
'quibus non uidetur mundus dei et hominum causa in-
stitutus neque res humanae prouidentia gubernari, gra-
ui se argumento uti putant, cum ita dicunt: 'si esset
prouidentia, nulla essent mala'. nihil enim minus aiunt
prouidentiae congruere quam in eo mundo quem prop-
ter homines fecisse dicatur, tantam uim esse aerumna-
rum et malorum. ad ea Chrysippus, cum in libro περὶ 6
προνοίας quarto dissereret, 'nihil prorsus' inquit 'istis
insulsius, qui opinantur bona esse potuisse, si non es-
sent ibidem mala. nam cum bona malis contraria sint, 7
utraque necesse est opposita esse inter se et quasi mutuo
aduersoque fulta nisu consistere; nullum adeo contra-

Inst.: 24, 3 ergo ... possit] 6, 15, 7; *cf.* 2, 8, 6 add. 4. 7, 5, 27 add. 2–7 4–9] — *(Gellii locus deest; ad* § 9 *cf.* 2, 8, 6 add.4*)*

Auct.: **10–p. 32, 12** Gell. 7, 1, 1–6 **16** Chrysippus] frg. 1169 von Arnim

9 agellius T **10–15** quibus ... propter *desunt in Gellii codd., suppl. Gellii edd. ex Lact.* **13** essent] n *s.l. m.1* T **14** propterquem T, *corr. Da* **16** ad] aduersus *Gell.* crisippus T *(alias* chr-*)* *ad* li | bro *in mg. sin.* II T *m. post.?* **17–18** nihil ... insulsius] n. est prorsus istius inquit insubidius *Gell.* **19** ibidem T *et Gellii codd. potiores (u. Hertz ad l.), Buen;* itidem *Pf, Brit 416 cl. § 9, Br, Pe* **20** necessum *Gell.* esse *om. Gell.* sese *Gell.* **21** aduersa quaeque *Gell.*

8 rium est sine contrario altero. quo enim pacto iustitiae
sensus esse posset, nisi essent iniuriae, aut quid aliud
iustitia est quam iniustitiae priuatio? quid item fortitu-
f. 20r do | intellegi potest nisi ex ignauiae appositione, quid
continentia nisi ex intemperantia? quo item modo pru-
9 dentia esset, nisi foret contraria imprudentia? proinde'
inquit 'homines stulti cur non hoc etiam desiderant, ut
ueritas sit et non sit mendacium? namque itidem sunt
bona et mala, felicitas et importunitas, uoluptas et do-
lor. alterum enim ex altero, sicut Plato ait, uerticibus
inter se contrariis deligatum; si tuleris unum, abstuleris
10 utrumque'.' uides ergo, id quod saepe dixi, bonum et
malum ita sibi esse conexa, ut alterum sine altero con-
11 stare non possit. summa igitur prudentia deus mate-
riam uirtutis in malis posuit, quae idcirco fecit, ut nobis
constitueret agonem, in quo uictores immortalitatis
praemio coronaret.
1 25. Docui, ut opinor, cultus deorum non modo im-
pios, sed etiam uanos esse, uel quod homines fuerint,

Inst.: 24, 10] — 11 . . . posuit] 6, 15, 9; *cf.* 6, 4, 12 *(uar. l. cod. R* posuit*)* 11 quae . . . agonem] — *(cf.* 2, 8, 6 add. 3–7. 7, 5, 27 add. 1–6. 14–17; agon *nonnisi epit. 24, 11. 68, 4 legitur)* 11 in . . . coronaret] *cf.* 6, 4, 11 25, 1] 2, 17, 6–11

12 saepe] inst. 2, 17, 1. 3, 29, 13–20. 5, 7, 3–10. 22, 11–17. 6, 3–4 *passim*. 15, 5–9. 7, 4, 12. 5, 7–22; *cf.* ira 13, 13–19. 15, 1–5; *cf. p. XXI*

Auct.: **10** Plato] Phaed. 60 b

4 posset *Gell.* adpositione T *et Gellii codd. pot.;* opp- *recc., prob. Da cl. § 7* **5** intemperantiae *Gell.; ft. sic et Lact.* **6** foret *Da ex Gell.;* forte T contra *Gell.* **8** namquae T, *corr. Pf* **9** infortunitas *Gell.* **9–10** dolor et uoluptas *Gell.* **10** sicuti *Gell.* **19** quot T, *corr. Pf*

quorum memoria post obitum consecrata sit, uel quod
simulacra ipsa insensibilia et surda sint, quia sunt ficta
de terra, nec oportere hominem, qui debeat spectare
cae|lestia, terrenis se subiugare, uel quod spiritus qui f. 20v
eas religiones sibi uindicant, incesti et impuri sint et
ideo dei sententia condemnati ceciderint in terram, nec
fas esse in eorum dicionem uenire quibus potior sis, si
deum uerum sequi uelis.

Superest. ut, quoniam de falsa religione diximus, 2
etiam de falsa sapientia disseramus, quam philosophi
profitentur homines summa quidem doctrina et elo-
quentia praediti, sed longe a ueritate summoti, quia nec
deum nec sapientiam dei cognouerunt. qui licet sint 3
arguti ac diserti, tamen quia humana est eorum sapien-
tia, etiam cum his congredi non uerebor, ut appareat a
ueritate mendacium, a caelestibus terrena facile posse
superari. quid sit philosophia, hoc modo definiunt: 4
philosophia est amor uel studium sapientiae. non est
ergo ipsa sapientia, quia necesse est aliud esse quod
amat, aliud quod amatur. si studium est sapientiae, ne
sic quidem philosophia sapientia est. sapientia enim res
est ipsa quae quaeritur, studium uero quod quaerit.
ipsa igitur definitio uel nominis | significatio declarat 5 f. 21r

Inst.: 25, 2–7] 2, 19, 2 – 3, 2, 10 *passim* (§ 7 *aliunde inserta*) 25, 2 . . . praediti] 2, 19, 2. 3, 2, 1 2 sed . . . cognouerunt] *cf.* 3, 1, 6–8. 28, 16 3] 2, 19, 5. 3, 1, 5 . . . 6 appareat 4 . . . sapientiae] 3, 2, 3 . . . sapientiae (amor uel *desunt*) 4 non est . . . amatur] — 4 si studium . . . 5 sapientiam] 3, 2, 3 unde . . . possit studet

13 sapientia T, *corr. Pf* **18** *post* sapientiae *add.* si amor est sapientiae *Brit 417, Br; cf. infra* si studium est sapientiae **20** aliud] u *s.l.* T ne sic] si *s.l. m.1 ut uid.* T; *ft. inter* ne *et* c *omissum* csi *et legendum* nec sic; *cf. ad 2, 5* **21** enim *Pf;* autem T

philosophiam non esse ipsam sapientiam. dicam ne stu-
dium quidem esse sapientiae, quo sapientia non com-
prehenditur. quis enim studere dicatur ei rei, quam nul-
6 lo modo possit attingere? qui medicinae aut gram-
maticae aut oratoriae studet, studiosus eius artis quam
discit dici potest; ubi didicit, iam medicus, iam gram-
maticus, iam orator dicitur. sic oportuit et studiosos
sapientiae, postquam didicissent, sapientes nominari.
7 cum autem studiosi sapientiae quamdiu uiuant uocen-
tur, apparet illud studium non esse, quo ad ipsam rem,
quae studio petitur, non potest perueniri; nisi forte qui
ad finem usque uitae ut sapiant student, apud inferos
sapientes erunt. omni autem studio subiacet finis. non
est igitur id studium rectum, quod non habet finem.
1 26. Praeterea duo sunt quae cadere in philosophiam
uidentur, scientia et opinatio; quae si auferantur, tota
philosophia corruit. atquin utrumque philosophiae ipsi
f. 21v 2 philosophorum principes ademerunt. scien|tiam So-
crates, opinationem sustulit Zeno; uideamus an recte.
'sapientia est', ut Cicero definiuit, 'diuinarum et hu-
manarum rerum scientia'. quae definitio si uera est, non
3 cadit in hominem sapientia. quis enim mortalium hoc
sibi possit adsumere, ut diuina et humana scire se

Inst.: 25, 5 dicam . . . attingere] 3, 2, 7 ego . . . 10 quaeritur 6] 3, 2, 4 *(sine exemplis; aliter* 3, 13, 5*)* 7] *cf.* 3, 16, 7–8 26, 1–27, 5] 3, 3, 1–7, 5 *(ordo mutatus)* 26, 1 . . . opinatio] 3, 3, 1 1 quae si . . . ademerunt] *cf.* 3, 4, 2 2 . . . recte] *cf.* 3, 3, 7 Socrates. 4, 1 Zeno 2 sapientia . . . sapientia] 3, 13, 9–10 3 . . . 5 possunt] *cf.* 3, 3, 2–3. 15–16

Auct.: **20–21** Cic. off. 1, 153. 2, 5

10 quo *Brit 417;* quod T *ft. recte* **13** omnia T*, corr. Pf* **14** id *s.l. m.1* T **18** socrathes, h *s.l.,* T **19** oponationem T

profiteatur? humana omitto; quae quamquam cum di-
uinis conexa sunt, tamen quia sunt hominis, conceda-
mus, ut homo illa scire possit. diuina certe per se scire 4
non potest, quia homo est; qui autem scit illa, diuinus
sit necesse est ac propterea deus. homo autem nec diui-
nus nec deus est. non potest igitur per ⟨se⟩ scire homo
diuina. nemo ergo sapiens nisi deus aut certe is homo,
quem deus docuit. illi autem quia nec dii sunt nec a 5
deo docti, sapientes ergo id est diuinarum et humana-
rum rerum scientes esse non possunt. recte igitur a So-
crate atque Academicis scientia sublata est. opinatio 6
quoque non congruit sapienti; id enim quisque opina-
tur, quod ignorat. opinari autem scire te, quod ignores,
temeritas ac stultitia est. recte igitur | opinatio a Zenone f. 22r
sublata est. si ergo scientia in homine nulla est et opi-
natio esse non debet, philosophia radicitus amputatur.

27. Huc accedit quod non est uniformis, sed diuisa 1
in sectas et in multas discrepantesque sententias dissi-
pata statum non habet. cum enim singulae alias omnes
impugnent et adfligant nec sit aliqua ex iis, quae non
iudicio ceterarum stultitiae condemnetur, utique dis-
cordantibus membris corpus omne philosophiae ad in-
teritum deducitur. hinc Academia postmodum nata 2
est. nam cum uiderent eius sectae principes omnem
philosophiam philosophis inuicem oppugnantibus esse
subuersam, susceperunt aduersus omnes bellum, ut
omnia omnium dissoluerent, nihil ipsi adserentes nisi

Inst.: 26, 5 recte ... est] 3, 3, 7 ... sustulerunt 6 ... ignorat] 3, 3, 8 ... nescit 6 opinari ... amputatur] 3, 4, 1 ... 2 sublata est 27, 1] 3, 4, 3–4; *cf.* 8–10 2–3] 3, 4, 11–14. 5, 5–8

6 se *add. Da* **7** is *Pf;* his T **23** Academia] c *ex eras.* d T **26** susceperunt *Pf;* subrep- T

3 unum, nihil sciri posse. ita sublata scientia philoso-
phiam ueterem subruerunt. sed ne ipsi quidem philo-
sophorum nomen retinuerunt, qui ignorantiam fateban-
tur, quia nescire omnia non modo philosophi, sed ne
4 hominis quidem sit. ita ⟨fit, ut⟩ philosophi, quia nihil
f. 22[V] munimenti habent, mutuis se uulneribus extinguant | et
ipsa tota philosophia suis se armis consumat ac finiat.
5 at enim sola physice labat. quid? illa moralis num ali-
qua firmitate subnixa est? uideamus, an philosophi in
hac saltem parte consentiant, quae ad uitae statum
pertinet.
1 28. Quod sit in uita summum bonum, quaeri necesse
est, ut ad illud uita omnis et actiones nostrae dirigantur.
cum de hominis summo bono quaeritur, tale constitui
debet, primum ut id ad hominem solum pertineat, dein-
de ut animi sit proprium, postremo ut uirtute quaera-
2 tur. uideamus ergo, an summum bonum, quod phi-
losophi determinant, tale sit, ut nec mutum animal nec
3 corpus attingat nec possit sine uirtute conquiri. Arist-
ippus Cyrenaicae sectae conditor, qui summum bonum
esse censuit corporis uoluptatem, de numero philoso-
phorum deque coetu hominum propellendus est, qui se

Inst.: 27, 4] 3, 4, 9–10; *cf.* § 2 suis armis esse confecta 5 . . . labat] *cf.* 3, 6, 5–6. 20 5 illa moralis . . . pertinet] 3, 7, 1. 5 28, 1–14] 3, 7, 6–9, 3 *(ordo mutatus, pauca ex cc.* 10–11 *inserta)* 28, 1 . . . dirigantur] *cf.* 3, 7, 6 1 cum . . . quaeratur] 3, 8, 3. 9, 1 2] *cf.* 3, 9, 1–3; uideamus ergo] 3, 7, 5 3] 3, 7, 7 Aristippus . . . corporis. 8, 8 . . . 10 discernit

5 fit ut *add. Br (in* T *sequitur* fil-; *u. p. XXVIII)*; necesse est *post* finiat *l. 7 excidisse coni. Buen;* extinguunt . . . consumit ac conficit *Brit 417 cl. inst. 3, 4, 10* **6** monimenti T, *corr. Pf* **8** at *Pf;* ad T **13** derigantur T *(hic tantum; 30, 3. 56, 7* dir-*), corr. Pf* **16** uirtutem T, *corr. Pf* **20** cyrinaicae T **22** qui T, *def. St 250 (cf. inst. 1, 16, 3 trad.* qui*)*; quia *Pf*

pecudi comparauit. Hieronymi summum bonum est 4
nihil dolere, Diodori dolere desinere. sed ⟨et⟩ ceterae
animantes dolorem fugiunt et, cum non dolent aut do-
lere desinunt, gaudent. | quid igitur homini dabitur exi- f. 23r
mium, si bonum eius summum commune cum beluis
iudicatur? Zeno summum bonum putauit cum natura 5
congruenter uiuere. at haec definitio generalis est. om-
nes enim animantes cum natura congruenter uiuunt et
est sua cuique natura. Epicurus animi adseruit uolup- 6
tatem. quid est uoluptas animi nisi gaudium, quo ple-
rumque luxuriat animus ac relaxatur uel ad lusum uel
ad risum? sed hoc bonum etiam muta contingit, quae
cum pabulis saturata sunt, in gaudium et lasciuiam re-
soluuntur. Dinomachus et Callipho honestam uolup- 7
tatem probauerunt. sed aut idem dixerunt quod Epi-
curus, ut corporis sit uoluptas inhonesta, aut, si cor-
poris uoluptates alias turpes, alias honestas putauerunt,
iam non est summum bonum, quod corpori adscribitur.
Peripatetici ex bonis animi et corporis et fortunae sum- 8
mum bonum conflant. animi bona probari possunt. sed
si auxilio indigent ad complendam beatitudinem, utique
imbecilla sunt. | corporis uero atque fortunae non sunt f. 23v
in hominis potestate nec iam summum bonum est, quod
aut corpori aut extra positis adsignatur, quia et pecudes

Inst.: 28, 4 ... gaudent] 3, 7, 7 Diodorus ... dolendo. 8, 13 4 quid ... iudicatur] *cf.* 3, 10, 1 nam ... reperiuntur 5] 3, 7, 8 Zenonis ... uiuere. 8, 20–23 6 ... uoluptatem] 3, 7, 7 ... censet. 8, 5 6 quid ... resoluuntur] *cf.* 3, 10, 2 ridendi ... suis 7] 3, 7, 7 Callipho ... iunxerunt *(*8, 15 *aliter)* 8] 3, 7, 7 Peripatetici ... fortunae. 8, 16–19

2 doloredesinere T, *corr. Pf* et *add. Hm* **5** beluis] b *ex* u T **7** at *Pf;* ad T **23** potestate *Pf;* -em T *(def. Da cl. Gell. 1, 7, 16–20, quod huc non pertinet); similis error 28, 1*

attingit hoc duplex bonum, quibus opus est, ut et bene
9 ualeant et uictu non indigeant. Stoici aliquanto melius
sensisse creduntur, qui summum bonum uirtutem esse
dixerunt. sed uirtus non potest esse summum bonum,
quoniam, si malorum laborumque tolerantia est, beata
per se non est, sed efficere ac procreare summum bo-
num debet, quia perueniri ad illud sine difficultate ac
10 labore maximo non potest. at uero Aristoteles longe a
ratione aberrauit, qui honestatem uirtuti copulauit;
quasi aliquando uirtus aut ab honestate secerni aut tur-
11 pitudini possit adiungi. Herillus Pyrrhonius scientiam
fecit summum bonum. haec quidem et hominis et animi
solius est, sed potest sine uirtute contingere. nec enim
beatus putandus est, qui uel auditu aliquid didicerit uel
parua lectione cognouerit, nec est summi boni definitio,
f. 24r | quia potest esse aut rerum malarum aut certe inutilium
12 scientia. et si sit bonarum et utilium, quam labore sis
adsecutus, summum tamen bonum non est, quia non
propter se expetitur scientia, sed propter aliud. nam id-
circo artes discuntur, ut sint nobis aut uictui aut gloriae
aut etiam uoluptati; quae utique summa bona esse non
13 possunt. ergo ne in ethica quidem philosophi regulam
tenent, quandoquidem in ipso cardine, id est in ea

Inst.: 28, 9] 3, 7, 8 quorundam ... sequi. 8, 32–37. 11, 9 10] 3, 7, 8 Aristoteles ... collocauit. 8, 38–42 11 ... solius est] 3, 7, 8 ... scientia. 8, 24 ... dedit 11 sed potest ... cognouerit] *cf.* 3, 8, 30–31 11 nec est ... scientia] 3, 8, 28 12] 3, 8, 24 sed scientiam ... 25 expetitur 13–14] *cf.* 3, 7, 2–8, 2

6 ac *Brit 417 cl. inst. 3, 8, 32* effectrix et mater (et *Da in addendis);* aut T **8** at *Pf;* ad T **11** eryllus T, *corr. Da* **16** inutilium] in *s.l.* T **19–20** nam ... discuntur *praeter ult.* r *in ras.* T **22** hetica T *ut 30, 6*

disputatione qua uita formatur, inter se pugnant. nec 14
enim possunt paria esse aut similia praecepta, cum alii
forment ad uoluptatem, alii ad honestatem, alii uero ad
naturam, alii ad scientiam, alii ad quaerendas, alii ad
fugiendas opes, alii ad nihil dolendum, alii ad patien-
tiam malorum; in quibus omnibus, sicut superius osten-
di, a ratione declinant, quia deum nesciunt.

29. Videamus nunc, quod [quid sit summum bo- 1
num] sit propositum sapienti summum bonum. ad ius-
titiam nasci homines non modo litterae sacrae docent,
uerum etiam idem ipsi philo|sophi nonnumquam faten- f. 24v
tur. Cicero sic ait: 'sed omnium, quae in hominum 2
doctorum disputatione uersantur, nihil est profecto
praestabilius quam plane intellegi nos ad iustitiam esse
natos'. est hoc uerissimum. nec enim ad scelus nasci-
mur, cum simus animal sociale atque commune. ferae 3
ad saeuitiam gignuntur; aliter enim nequeunt quam
praeda et sanguine uictitare. eaedem tamen, etsi ultima

Inst.: 29, 1–30, 6] 3, 9, 1–13, 7 *(nonnulla ex lb.* VI, *pauca ex* V *inserta)* 29, 1 . . . bonum] 3, 9, 1 . . . bonum 1 ad iustitiam . . . 2 natos] 6, 25, 9 . . . natos *(*litterae sacrae *deest)* 2 est hoc . . . nascimur] — 2 cum . . . commune] 6, 10, 10 . . . sociale*; cf.* 17, 20 3] — *(aliter* 5, 11, 4*)*

6 superius] 28, 3–12

Auct.: **12–15** Cic. leg. 1, 28

2–4 alii . . . alii ad scientiam] *his quattuor locis pr.* i *in ras. add. m.2 ut uid.* T **4** ad *ante* quaerendas *s.l.* T **8** quod *hinc transpos. ante* sit propositum *Pf, Da (qui praeterea deleuit alt.* summum bonum, *contra numerum)* **8–9** quid sit summum bonum *del. Thilo, Br argumenti notam e margine inlatam rati* **12** hominum doctorum *Br cl. inst.;* d. h. T **18** eaedem *Brit 418;* eandem, n *in ras. m.2,* T*;* easdem *Pf*

fames urgueat, nihilominus generis sui animalibus par-
cunt. idem faciunt et aues, quas aliarum uisceribus
4 pasci necesse est. quanto magis hominem, qui cum
homine et commercio linguae et communione sensus
copulatus est, parcere homini oportet eumque diligere!
5 haec est enim iustitia. sed quoniam soli homini sapien-
tia data est, ut deum intellegat, et haec sola hominis
mutorumque distantia est, duobus officiis obstricta est
ipsa iustitia: unum deo debet ut patri, alterum homini
6 uelut fratri; ab eodem enim deo geniti sumus. merito
f. 25r ergo ac recte dictum est 'sapientiam esse | diuinarum et
humanarum rerum scientiam'. oportet enim scire nos,
quid deo, quid homini debeamus, deo scilicet religio-
nem, homini caritatem. sed illud superius sapientiae,
hoc posterius uirtutis est et utrumque iustitia compre-
7 hendit. si ergo constat ad iustitiam nasci hominem,
necesse est iustum malis esse subiectum, ut uirtutem,
qua est praeditus, in usu habeat; uirtus enim malorum
8 sustinentia est. uoluptates fugiet ut malum; opes con-
temnet, quia fragiles sunt, aut, si habuerit, dilargietur,

Inst.: 29, 4] *cf.* 3, 9, 19. 6, 10, 27 5 ... intellegat] 3, 9, 13–14. 17. 19 5 et ... distantia est] 3, 10, 1 5 duobus ... sumus] *cf.* 3, 9, 19. 6, 10, 2 6 ... scientiam] 3, 13, 10 sapientiam ... scientiam 6 oportet ... comprehendit] *cf.* 3, 9, 19. 6, 10, 2 7 ... hominem] 6, 25, 9 7 necesse ... sustinentia est] 6, 9, 22; *cf.* 3, 11, 9 quia uis ... posita est 8 ... caduci] *cf.* 3, 11, 7–8. 12–14. 23, 6–7. 6, 17, 10 opes ... contemnet; *ad* dilargietur *cf.* 6, 11, 9–12, 20 *passim*

Auct.: **11–12** Cic. off. 2, 5 *(cf. supra 26, 2)*

2 aliarum *(sc.* auium *uel* animantium*)* T, *Br;* aliorum *falso Pf, edd.* **11** sapientia T, *corr. Pf* **20** aut *Pf ap. Le (cf. 57, 6);* at T*;* et *Pf in ed. (tamquam a se additum; u. et Buen ad l.), Br*

ut miseros seruet; honores non appetet, quia sunt bre-
ues et caduci; iniuriam nulli faciet; si fuerit passus, non
retribuet et diripientem sua non persequetur. nefas 9
enim iudicabit hominem laedere et, si quis extiterit qui
cogat desciscere a deo, nec cruciatus nec mortem recu-
sabit. ita fiet, ut eum necesse sit et inopem et humilem
et in contumeliis aut etiam cruciatibus uiuere.

30. Quis igitur erit fructus iustitiae atque uirtutis, si 1
nihil habebit in uita nisi malum? quodsi uirtus, quae
bona omnia terrena | contemnit, mala uniuersa sapien- f. 25^{V}
tissime perfert ipsamque mortem pro officio suscipit,
sine praemio esse non potest, quid superest nisi ⟨ut⟩
merces eius immortalitas sola sit? nam si cadit in ho- 2
minem beata uita, ut philosophi uolunt in eo solo non
dissidentes, cadit ergo et immortalitas. id enim solum
beatum est quod incorruptum, id solum incorruptum
quod aeternum. immortalitas ergo est summum bo- 3
num, quia et hominis et animi et uirtutis est tantum. ad
hanc dirigimur, ad hanc capiendam nati sumus. idcir- 4
co nobis deus uirtutem iustitiamque proponit, ut aeter-

Inst.: 29, 8 iniuriam . . . retribuet] *cf.* 6, 18, 12 8 et diripientem . . . persequetur] — *(sed cf.* 6, 20, 16 *cod. R* neque latronem interficere*)* 9 . . . laedere] *cf.* 5, 22, 7 9 et si . . . recusabit] *cf.* 5, 13, 17. 7, 5, 27 add. 16 9 ita . . . uiuere] *cf.* 6, 9, 21–23 30, 1] 3, 11, 9–11. 12, 7–8 2 . . . immortalitas] 3, 12, 17 2 id enim . . . aeternum] 3, 12, 16 3 . . . tantum] 3, 12, 18 3 ad hanc . . . sumus] 3, 12, 19. 24 4 . . . adsequamur] 3, 12, 25 ideo . . . reuertantur. 35

4 iudicauit T, *corr. Pf* **10** patientissime *Da; trad. def. Buen; dubitant Br, Pe* **12** ut *add. Da* **13–14** si cadit in hominem *Pf;* sicait inhomine T **14** beata] *alt.* a *s.l.* T **20** proponit ut] proponitur *ut uid.* T^{ac} *(alt.* t *ex* r*? m.2 ut uid.); u. infra ad 57, 6* deleniunt ut

num illud praemium nostris laboribus adsequamur. de
5 ipsa uero immortalitate suo loco disseremus. restat
λογική philosophia, quae ad beatam ⟨uitam⟩ nihil con-
fert. sapientia enim non in sermonis ornatu, sed in cor-
6 de atque sensu ⟨est⟩. quodsi et physica superuacua est
et haec logica, in ethica uero, quae sola necessaria est,
philosophi errauerunt, qui summum bonum nullo mo-
f. 26r do inuenire potuerunt, | inanis igitur et inutilis omnis
philosophia reperitur, quae nec rationem hominis com-
prehendere nec officium potuit munusque complere.
1 31. Quoniam de philosophia dixi breuiter, nunc
etiam de philosophis pauca dicam. Epicuri doctrina
haec est in primis, nullam esse prouidentiam, et idem
2 deos esse non abnuit; utrumque contra rationem. sed
si sunt dii, est igitur prouidentia. aliter enim deus intel-
legi non potest, cuius est proprium prouidere. 'nihil'
inquit 'curat'. ergo non modo humana, sed ne caelestia
3 quidem curat. quomodo igitur aut unde esse illum
adfirmas? exclusa enim prouidentia curaque diuina con-

Inst.: 30, 4 de ... disseremus] 3, 13, 1–3 5] 3, 13, 4 ... 5 sermone 6] 3, 13, 6–7 31, 1–10] 3, 17, 1–43 *passim.* 18, 1–4. 15–18 *(pauca aliunde)* 31, 1 ... dicam] 3, 17, 1 1 Epicuri ... prouidentiam] 3, 17, 16 ... prouidentiam 1 et ... 3 sustulisti] — *(ad* 2 'nihil ... curat' *u.* 3, 17, 4. 36. 42*; ad* 3 uerbo ... re *cf.* 3, 17, 38 haec ... docet*; cf. et* ira 19, 6*)*

2 suo loco] 62, 4–65, 6

2 immortalitate *Hm, Br cl. inst. 3, 13, 1. 7, 8, 1;* non mort- T *(ft. tuendum putat Pe)* **3** uitam *add. Pf* **5** est *add. Buen cl. inst. 3, 13, 5,* consistit *Pf* **6** logica *Pf;* λογικα *(sic)* T; λογική *noluimus cl. inst. 3, 13, 6* hetica T *ut 28, 13* **17** necaeclesia T[ac] *(alt.* c *exp. et del., post* s *s.l.* t*);* nec caelestia *noluimus; cf. ad 2, 5* **19** *ante* enim *pars litterae (ft.* n *inchoata?) eras.* T

sequens erat, ut non esse omnino deum diceres. nunc
eum uerbo reliquisti, re sustulisti. unde ergo rerum na-
tura est, si deus nihil curat? 'semina' inquit 'sunt mi- 4
nuta, quae nec uideri nec tangi possunt, quorum coitu
fortuito et orta sunt omnia et semper oriuntur'. si nec 5
uidentur nec ulla corporis parte sentiuntur, unde esse
illa scire potuisti? deinde si sunt, qua mente conueniunt,
| ut aliquid efficiant? si sunt leuia, cohaerere non pos- f. 26v
sunt, si hamata et angulata, ergo secabilia sunt. hami
enim et anguli extant et possunt amputari. sed haec de-
lira et inutilia. quid quod idem animas extinguibiles 6
facit? quem refellunt non modo philosophi omnes et
publica persuasio, uerum etiam responsa uatum, car-
mina Sibyllarum, ipsae denique diuinae uoces prophe-
tarum, ut mirum sit extitisse unum Epicurum, qui cum
pecoribus ac beluis sortem hominis aequaret. quid Py- 7
thagoras, qui primus est philosophus nominatus, qui
animas quidem immortales esse, in alia tamen corpora
uel pecudum uel auium uel bestiarum commeare? non 8

Inst.: 31, 3 unde ... curat] *cf.* 3, 17, 17 ... effectus est 4] 3, 17, 21 sunt enim ... concrescunt 5 ... potuisti] *cf.* 3, 17, 23 ubi ... 24 possunt 5 deinde ... efficiant] 3, 17, 27 5 si sunt leuia ... amputari] 3, 17, 25–26 5 sed ... inutilia] *cf.* 3, 17, 23 ... perduxit. 29 6 ... facit] *cf.* 3, 17, 30. 33 quid quod ... 34 necesse est 6 quem ... prophetarum] *cf.* 3, 17, 34 iam superius ... redarguam. 19, 3 docent ... sempiterna 6 ut mirum ... aequaret] — *(paulo aliter* 3, 17, 43; *cf.* 3, 22, 9 *de Platone)* 7] *cf.* 3, 18, 1–3. 19, 19 ... commeare 8] — *(ad* suem uel canem *cf.* 3, 8, 9*)*

Auct.: **2** *cf.* Cic. nat. deor. 1, 85 *(et Lact. ira 4, 7)*

5 *post* si *eras.* c T **16** beluis] b *ex* u *m.2* T **18** *post* esse *add.* dixit *Br cl. inst. 3, 19, 19,* statuit *post* commeare *l. 19 Pf; alii alia; trad. def. St 251*

satius fuerat eas cum suis corporibus extingui quam sic
ad aliena damnari, satius omnino non esse quam post
9 hominis formam uel suem uel canem uiuere? et homo
ineptus ut fidem dicto adderet, se ipsum Troiano bello
Euphorbum fuisse dixit, quo occiso in alias figuras ani-
10 malium transisse, postremo Pythagoram factum. o fe-
f. 27r licem, cui soli tanta me|moria concessa est, uel potius
infelicem, cui translato in pecudem non licuit nescire
quid fuerit! atque utinam solus delirasset! inuenit etiam
qui crederent, et quidem ⟨non⟩ indoctos homines, ad
quos stultitiae transiret hereditas.
1 32. Post hunc Socrates philosophiae tenuit princi-
patum sapientissimus etiam oraculo dictus, quia se fa-
2 tebatur unum scire, quod nihil sciret. cuius oraculi
auctoritate abstinere se physicos oportebat, ne aut
quaererent ea, quae scire non poterant, aut scire se pu-
3 tarent, quae ignorabant. uideamus tamen, an sapien-
tissimus Socrates, sicut Pythius praedicauit. usurpabat
hoc saepe prouerbium, quod supra nos ⟨esset, nihil ad
nos⟩ pertinere. iam excessit sententiae suae terminos.

Inst.: 31, 9 ... 10 delirasset] *cf.* 3, 18, 15 nisi ... 17 uanitas 10 inuenit ... hereditas] *cf.* 3, 18, 18 *de Cicerone.* 19, 19 *de Platone* 32, 1–33, 5] 3, 20, 1–22, 11 *(33, 1 pars aliunde)* 32, 1–2] 3, 20, 1–2 *(oraculi mentio non fit); ad* fatebatur ... sciret *cf.* 3, 28, 17; physicos] *cf.* 3, 21, 1 3 ... praedicauit] — *(cf.* 3, 20, 9 uereorque ... simillimus*)* 3 usurpabat ... 4 repudiauit] *cf.* 3, 20, 10–12. 15 ... euertere

Auct.: **3** suem ... uiuere] *cf.* Hor. epist. 1, 2, 26 **13–14** *cf.* Min. Fel. 13, 1–2

6 postrem T, *corr. Da* **9** deliberasset T, *corr. Pf* **10** non *add. Buen* ad] d *s.l. m.1* T **16** ea quae *Pf;* eaq· T **19–20** esset ... nos *suppl. s.l. m. post. litt. minusc. (u. p. XXVI et n. 78); cf. inst. 3, 20, 10*

nam qui unum se scire dicebat, aliud inuenit, quod tam-
quam sciens diceret, sed id frustra. nam et deus, qui 4
utique supra nos est, quaerendus est et religio suscipien-
da, quae sola nos discernit a beluis; quam quidem So-
crates non modo repudiauit, uerum etiam derisit per
anserem canemque iurando; | quasi uero per Aescula- f. 27v
pium non posset, cui uouerat gallum. en sapientis uiri
sacrificium! et quia eum prosecrare ipse non potuit, 5
amicos moriturus orauit, ut post se soluerent uotum,
scilicet ne apud inferos uelut debitor teneretur. hic pro-
fecto et pronuntiauit, quod nihil scierit, et probauit.

33. Huius auditor Plato, quem 'deum philosopho- 1
rum' Tullius nominat, qui solus omnium sic philoso-
phatus est, ut ad ueritatem propius accederet, tamen
quia deum ignorauit, in multis ita lapsus est, ut nemo
deterius errauerit, in primis quod in libris ciuilibus om-
nia omnibus uoluit esse communia. de patrimoniis 2
tolerabile est, licet sit iniustum; nec enim aut obesse
cuiquam debet, si sua industria plus habet, aut prodesse,
si sua culpa minus. sed, ut dixi, potest aliquo modo

Inst.: 32, 4 uerum ... iurando] 3, 20, 15 uerum ... haberet 4 quasi ... 5 teneretur] 3, 20, 16 illud uero ... 17 Asclepio 5 hic ... probauit] *cf.* 3, 20, 17 est ipse ... gratuletur 33, 1 ... nominat] — (*cf.* 3, 17, 29 reges ... philosophorum) 1 qui ... accederet] *cf.* 1, 5, 23 ... iudicatur. 4, 4, 6 1 tamen ... errauerit] *cf.* 4, 4, 6. 5, 14, 13 1 in primis ... communia] 3, 21, 2 ergo ... possideant 2 ... ferri] *cf.* 3, 21, 3

Auct.: **12–p. 46, 12** *ad* Cic. rep. 4, 5 *rett. nonnulli edd. Cic.* **12** Cic. nat. deor. 2, 32

3 et *Pf;* ut T **4** beluis] b *ex* u T **5** repudiabit T, *corr. Pf* **8** prosecare *Da, Br; cf. 18, 3* **10** teneretur] re *s.l. m.1* T **11** probabit T, *corr. Pf* **19** prodeesse T

ferri. etiamne coniuges, etiamne liberi communes erunt?
3 non erit sanguinis ulla distinctio nec genus certum nec
familiae nec cognationes nec adfinitates, sed sicut in
gregibus pecudum confusa et indiscreta omnia, nulla
4 erit in uiris continentia, nulla in feminis pudicitia. quis
f. 28r esse in utrisque amor coniu|galis potest, in quibus non
est certus aut proprius adfectus? quis erit in patrem pius
ignorans, unde sit natus? quis filium diliget, quem pu-
5 tabit alienum? quin etiam feminis curiam reserauit,
militiam et magistratus et imperia permisit. quanta erit
infelicitas urbis illius, in qua uirorum officia mulieres
occupabunt! sed haec alias latius.
6 Zeno Stoicorum magister, qui uirtutem laudat, mi-
sericordiam, quae summa est uirtus, tamquam morbum
animi amputandam iudicauit; quae et deo cara est et
7 hominibus necessaria. quis est enim qui aliquo in malo
constitutus nolit esse miserabilis ac non desideret auxi-
lia succurrentium, quae ad opem ferendam non nisi

Inst.: 33, 2 etiamne . . . 4 alienum] 3, 21, 4–5. 7–11 5 . . . occupabunt] 3, 22, 10 5 sed . . . latius] — 33, 6–10] 3, 23, 8–10. 6, 10, 2–12 *(9–10 aliunde)* 33, 6–8] 3, 23, 8–10; *cf.* 6, 10, 2–4. 11–12

12 alias] *non indicat Lact. Institutiones uel aliud iam scriptum, sed quod scribere in animo habet; u. Wlosok (1960), 231 n. 133; Pe ad l.*

Auct.: **13** Zeno] frg. 213 von Arnim

2 nec *ante* genus] c *s.l., uix m.1,* T **5** quis] s *part. euan., uix del.* T **8** putauit T, *corr. Pf* **9** reseruauit T, *corr. Da, Buen* **10–11** erit felicitas *coni. Br* **13** misericordiam, quae *Pf;* -diamq· T **15** amputandam T; -dum *Br ex errore, Pe* **18** succurrentium, quae *Pf, Buen cl. inst. 6, 15, 1;* -tiumq· T *(cf. supra § 6);* -tium, qui *Da, alii*

misericordiae adfectu excitantur? hanc ille licet hu- 8
manitatem, licet pietatem uocet, non rem, sed nomen
immutat. hic est adfectus, qui soli homini datus est, ut
imbecillitatem nostram mutuis adiumentis leuaremus;
quem qui tollit, ad uitam nos redigit beluarum. nam 9
quod dicit paria esse peccata, ex eadem immanitate est,
qua misericordiam ueluti | morbum insectatur. qui enim f. 28v
nullam facit differentiam delictorum, aut leuia magnis
suppliciis adficienda censet, quod est crudelis iudicis,
aut grauia paruis, quod est dissoluti. utrumque rei
publicae incommodum. si enim summa scelera leuiter 10
puniantur, audacia malis crescet ad facinora maiora et,
si leuibus delictis poena grauior inrogetur, multi ciues,
quoniam nemo esse sine delicto potest, in periculum
uenient, qui correpti possent esse meliores.
34. Illa uero leuia, sed ex eadem uanitate nascuntur: 1
Xenophanes orbem lunae decem et octo partibus dixit
esse maiorem quam haec nostra sit terra; itaque intra
sinum eius aliam terram contineri, quae ab hominibus
et omnis generis animalibus incolatur. de antipodis 2
quoque sine risu nec audiri nec dici potest, adseritur
tamen quasi aliquid serium, ut credamus esse homines,
qui uestigiis nostris habeant aduersa uestigia. tolera-
bilius Anaxagoras delirauit, qui nigram niuem dixit.
quorundam non modo dicta, sed etiam facta ridenda 3

Inst.: 33, 9–10] — *(sed cf.* ira 18, 3. 8*)* 34, 1–12] 3, 23, 1–24, 11 *(ordo mutatus)*. 3, 15, 15–21. 18, 5–11 34, 1 . . . nascuntur] 3, 23, 11 . . . dementia 1 Xenophanes . . . incolatur] 3, 23, 12 2 . . . uestigia] 3, 24, 1; *cf.* 10 2 tolerabilius . . . dixit] 3, 23, 11 quid . . . niuem 3 . . . sunt] —

Auct.: **6** paria . . . peccata] *cf.* Cic. fin. 4, 77

1 adfectus T, *corr. Pf* **9** supliciis T **23** habent T, *corr. Hm*

f. 29r sunt. De|mocritus agrum suum a patre sibi relictum
4 deseruit et pascua publica fieri passus est. Diogenes
cum choro canum suorum, qui uirtutem illam summam
et exactam rerum omnium contemptum profitetur,
mendicare uictum maluit quam honesto labore conqui-
5 rere aut habere ullam rem familiarem. certe uita sa-
pientis exemplum esse uiuendi ceteris debet. si horum
sapientiam omnes imitentur, quomodo stabunt ciuita-
6 tes? sed forsitan idem Cynici exemplum uerecundiae
praebere potuerunt, qui palam cum coniugibus suis cu-
bitauerunt. nescio, quam possent uirtutem defendere,
7 qui pudorem sustulerunt. non melior his Aristippus,
qui credo ut amiculae suae Laidi placeret, Cyrenaicam
instituit disciplinam, qua summi boni finem in uolup-
tate corporis collocauit, ne aut peccatis auctoritas aut
8 uitiis doctrina deesset. an illi fortiores magis sunt pro-
bandi, qui ut mortem contempsisse dicerentur, uo-
9 luntariam necem sibi intulerunt, Zeno Empedocles
Chrysippus Cleanthes Democritus et hos imitatus Cato,
nec scierunt homicidii crimine teneri secundum ius le-
10 gemque diuinam eum, qui se interfecerit? deus enim
f. 29v nos in hoc domici|lium carnis induxit, ille nobis tempo-
rale corporis habitaculum dedit, ut incolamus quamdiu
idem uoluerit. nefas igitur habendum est sine dei iussu
11 uelle migrare. non est ergo uis adhibenda naturae. scit

Inst.: 34, 3 Democritus ... passus est] 3, 23, 4 ... passus sit 4] *cf.* 3, 23, 1 ... 2 deserunt 5] — 6] 3, 15, 20–21 7] 3, 15, 15. 19 8] 3, 18, 5 ... intulerunt; *cf.* 23, 2 sicut ... deuitent 9 ... Cato] 3, 18, 5 ut Cleanthes ... 6 ipse *(mutato ordine)* 9 nec scierunt ... 12 nominaui] *cf.* 3, 18, 6 quo nihil ... 8 omnes philosophi

4 contemtu T *(def. Da ut abl. modi), corr. Pf* **17** ut *Pf;* et T **25** athibenda T

ille, quemadmodum opus suum resoluat. cui operi si
quis manus impias adhibuerit ac diuini opificii uincla
diruperit, deum conatur effugere, cuius sententiam nec
uiuus quisquam nec mortuus poterit euadere. scelerati 12
ergo et nefarii, quos superius nominaui, qui etiam do-
cuerunt, quas causas habere debeat mors uoluntaria, ut
parum sit sceleris, quod homicidae in semet ipsos exti-
terunt, nisi ad hoc nefas et alios erudirent.

35. Innumerabilia sunt philosophorum dicta fac- 1
taque, quibus eorum insipientia redargui possit. itaque
quoniam cuncta enumerare non possumus, pauca suf-
fecerint. satis est intellegi philosophos neque iustitiae, 2
quam ignorant, neque uirtutis, quam mentiuntur, esse
doctores. quid enim doceant, qui suam saepe ignoran-
tiam confitentur? mitto Socraten, cuius est nota 3
sententia. Anaxagoras omnia circumfusa tenebris esse
pronuntiat, Empedocles angustas ad inueniendam ue-
ritatem sensuum semitas esse. Democritus | in profun- 4 f. 30r
do quodam puteo demersam ueritatem iacere testatur,
quam quia nusquam reperiunt, idcirco adfirmant nemi-
nem adhuc extitisse sapientem. quoniam igitur 'nulla 5
est', ⟨ut⟩ apud Platonem Socrates dicit, 'humana sa-

Inst.: 34, 12 qui ... erudirent] *cf.* 3, 18, 8–11 35, 1–5] 3, 28, 10–22. 30, 1–8 35, 1] — 2] *cf.* 3, 28, 10–11 3 ... sententia] *cf.* 3, 28, 17 ... sciat 3 Anaxagoras ... 4 testatur] 3, 28, 12 ... 13 demersam 4 quam ... sapientem] *cf.* 3, 14, 11 cuius ueritatis ... neminem. 4, 23, 9 5 ... sapientia] — *(deest Platonis locus)*

Auct.: **21–p. 50, 1** Plato apol. 23 a

3 dirrumperit T **4** uiuus] *tert.* u *s.l. m.2* T **7** homicidiae, *tert.* i *del.*, T **15** nota *Pf;* mota T **22** ut *add. Hm* humanam sapientiam *(deinde eras.* dõ*)* T, *corr. Pf*

pientia', sequamur ergo diuinam deoque gratias aga-
mus, qui eam nobis et reuelauit et tradidit, ac nobis
gratulemur, quod ueritatem ac sapientiam caelesti be-
neficio tenemus, quam tot ingeniis, tot aetatibus requi-
sitam philosophia[m] num⟨quam⟩ potuit inuenire.
1 36. Nunc, quoniam falsam religionem, quae est in
deorum cultibus, et falsam sapientiam, quae est in
philosophis, refutauimus, ad ueram religionem sapien-
tiamque ueniamus; et quidem coniuncte, quia cohae-
2 rent, de utraque dicendum est. nam deum uerum co-
lere, id est nec aliud quidquam [quam] sapientia[m].
3 ille enim summus et conditor rerum deus, qui hominem
uelut simulacrum suum fecit, idcirco utique soli ex om-
nibus animalibus rationem dedit, ut honorem sibi tam-
quam patri et ⟨timorem⟩ tamquam domino referret et
hac pietate atque obsequio immortalitatis praemium

Inst.: 35, 5 sequamur ... inuenire] *cf.* 3, 30, 3–5. 7. 4, 1, 12 ... comprehendi. 4, 2, 2 36, 1–5] 3, 30, 9 – 4, 4, 5 *passim (pars* § 3 *aliunde)* 36, 1] 3, 30, 9–10; *cf.* 4, 3, 10 ... segregari 2] 4, 3, 10 quia ... honorare 3 ... dedit] — *(aliter* 4, 3, 3 ... fouet; *cf. ad* conditor rerum 5, 1, 1. 6, 9, 14, *ad* simulacrum suum 6, 10, 1, *ad* rationem dedit 2, 1, 14. 3, 10, 6*)* 3 ut ... referret] 4, 3, 3 uult ... dari. 4, 4, 1 ... 2 serui 3 et hac ... mysterium] *cf.* 5, 18, 11. 7, 5, 27. 6, 1–2

Auct.: **2–5** nobis gratulemur ... inuenire] *cf.* Min. Fel. 38, 6–7

2 rebelabit T, *corr. Pf* **5** philosophia numquam *(uel* non*) Da;* philosophiam num T; -am nemo *Pf;* -a num potuit inuenire? *coni. Buen (et auctor notae ap. Brit 25)* **8** philosophia *Buen, alii, numero haud meliore* ad ueram] aduersam T[ac] *(s eras.)* **10** uerum T; uere *Br ex errore* **11** nec aliud quidquam sapientia *Brit 420 recte cl. inst., Br; trad. tuent. Pf, Buen;* n. a. quidquam quam sapientia *Da (qui antea* idem est*), Pe* **15** timorem *add. Buen cl. inst. 4, 4, 1–2*

mereretur. hoc est uerum diuinumque mysterium. illis 4
autem, quia uera non sunt, nulla concordia; | neque in f. 30^{v}
philosophia sacra celebrantur neque in sacris philoso-
phia tractatur, et ideo falsa religio est, quia non habet
sapientiam, ideo falsa sapientia, quia non habet religio-
nem. ubi autem utraque coniuncta sunt, ibi esse ueri- 5
tatem necesse est, ut, si quaeratur ipsa ueritas quid sit,
recte dici possit aut sapiens religio aut religiosa sapien-
tia.

37. Dicam nunc, quid sit uel sapiens religio uel sa- 1
pientia religiosa. deus in principio, antequam mundum
institueret, de aeternitatis suae fonte deque diuino ac
perenni spiritu suo filium sibi ipse progenuit incorrup-
tum, fidelem, uirtuti ac maiestati patriae respondentem.
hic est uirtus, hic ratio, hic sermo dei, hic sapientia. hoc 2
'opifice', ut Hermes ait, et 'consiliatore', ut Sibylla, et
praeclaram et mirabilem huius mundi fabricam machi-
natus est. denique ex omnibus angelis, quos idem deus 3
de suis spiritibus figurauit, solus in consortium summae

Inst.: 36, 4 ... concordia] — 4 neque in philosophia ... tractatur] 4, 3, 8 4 et ideo ... religionem] *cf.* 4, 3, 4–5. 4, 5 ... dominum 5 ... necesse est] 4, 3, 6 5 ut si ... sapientia] *cf.* 4, 3, 10 37, 1–38, 2] 4, 5, 1–10, 4 *(ordo mutatus, pauca aliunde)* 37, 1 ... religiosa] *cf.* 4, 5, 1 1 deus ... respondentem] 4, 6, 1. 2 patria ... pollentem; *cf.* 2, 8, 3 2 ... sapientia] 4, 9, 1; *ad* uirtus ... ratio *cf.* 2, 8, 7 2 hoc ... est] 4, 6, 9; *ad* mundi fabricam *cf.* 2, 8, 7 3] 4, 6, 2 ... dignatus est

Auct.: **16** Hermes] *cf.* CH I 9, 17 (serm. 1, 9). IV 132–133 (frg. 27. 28) Nock–Festugière Sibylla] Orac. Sib. 8, 264

5 sapientiam quia, m *exp.*, T **8** recte] necte T^{ac} *(*n *del. et* r *s.l. m.2?)* **14** respondentem] s *s.l. m.2?* T **16** et *post* Sibylla *del. Brit 421, Br, ft. recte* **18** angelis] *post* an *2 litt. eras.* T

4 potestatis adscitus est, solus deus nuncupatus. ‘omnia’
enim ‘per ipsum et sine ipso nihil’. denique Plato de
primo ac secundo deo non plane ut philosophus, sed ut
uates locutus est, fortasse in hoc Trismegistum secu|
f. 31r 5 tus, cuius uerba de Graecis conuersa subieci: ‘dominus
et factor uniuersorum, quem deum uocare existimaui-
mus, secundum fecit deum uisibilem et sensibilem. sen-
sibilem autem dico non quod ipse sensum accipiat, sed
quod in sensum mittat et uisum. cum ergo hunc fecisset
primum et solum et unum, optimus ei apparuit et ple-
6 nissimus omnium bonorum’. Sibylla ⟨Erythraea⟩ quo-
que ‘deum’ dicit ‘ducem omnium a deo factum’, et alia
‘deum dei filium esse noscendum’, sicut ea quae in libris
7 posui exempla declarant. hunc prophetae diuino spi-
ritu pleni praedicauerunt. quorum praecipue Solomon
in libro Sapientiae, item pater eius caelestium scriptor

Inst.: 37, 4 . . . nihil] *cf.* 4, 8, 16 omnia . . . nihil 4 Plato . . . subieci] — (Plato *deest;* Trismegistus] *cf.* 4, 6, 3) 5] 4, 6, 4 6] *cf.* 4, 6, 5 7 . . . praedicauerunt] *cf.* 4, 6, 3 non . . . prophetarum. 8, 12 7 quorum . . . sapientiae] *cf.* 4, 6, 6–8. 8, 15 7 item . . . hymnorum] *cf.* 4, 8, 14

13 in libris] inst. 4, 6, 5

Auct.: **1–2** Ioh. 1, 3 **2–4** Plato . . . locutus] *cf.* epinom. 986 c *et* epist. 6, 323 c–d *ap.* Euseb. praep. eu. 11, 15, 7–16, 3; Tim. 36 b–c *ap.* Iustin. apol. 1, 60, 1. 7 **4** Trismegistum secutus] *cf.* Tert. anim. 2, 3 **5–11** CH II 304, 20–305, 9 (Ascl. 8) Nock–Festugière **12** Orac. Sib. frg. 1, 6 Geffcken **13** ibid. 8, 329 **16** Sapientiae] *falso (cf. inst. 4, 6, 6* Solomonem sapientissimum*) pro* prou. 8, 22–31 *uel* Sirach 24, 5–7

6 uocari T, *corr. Da; cf. inst.* καλεῖν νενομίκαμεν, *i. e.* uocare consueuimus; *ft. Lact.* uocare nobis placuit *sim. intellexit; cf. Hofmann–Szantyr (u. ad 22, 8) 347* **9** mittat] *cf. inst.* ὑποπέμπει *et Br ad l.* **11** Erythraea *add. Br ex inst.; cf. l. 12* alia

hymnorum, ambo clarissimi reges, qui Troiani belli
tempora CLXXX annis antecesserunt, hunc ex deo na-
tum esse testantur. huius 'nomen nulli est notum nisi 8
ipsi' et patri, sicut docet Iohannes in Reuelatione. Her-
mes ait 'non posse nomen eius mortali ore proferri'.
ab hominibus tamen duobus uocabulis nuncupatur: Ie- 9
sus, quod est saluator, et Christus, quod est rex; salua-
tor ideo, quia est sanatio et salus omnium qui per eum
credunt in deum, Christus ideo, quia ipse de caelo in
saeculi huius consummatio|ne uenturus est, ut iudicet f. 31v
mundum et resurrectione mortuorum facta regnum sibi
constituat aeternum.

38. Sed ne qua forte sit apud te haesitatio, cur eum, 1
qui ante mundum ex deo natus sit, Iesum appellamus,
qui ante annos CCC natus ex homine est, rationem tibi
breuiter exponam. idem est dei et hominis filius. bis 2
enim natus est: primum de deo in spiritu ante ortum
mundi, postmodum in carne ex homine Augusto impe-
rante. cuius rei praeclarum et grande mysterium est, in

Inst.: 37, 7 ambo . . . antecesserunt] 4, 8, 13 7 hunc . . . testantur] *cf.* 4, 6, 3 . . . filium. 6 . . . filius 8 . . . Reuelatione] — 8 Hermes . . . proferri] *cf.* 4, 7, 3 9 . . . deum] *cf.* 4, 7, 4; Iesus . . . saluator] 4, 12, 6. 9 9 Christus ideo . . . aeternum] *cf.* 7, 19, 3–4. 20, 1. 24, 1; *aliter* 4, 7, 6–8 38, 1] — *(sed cf. exordium* 4, 10, 1–4*)* 2] *cf.* 4, 8, 1–2. 10, 4 *(Augusti mentio non fit)*

Auct.: **3–4** apoc. 19, 12; *cf.* Cypr. testim. 2, 30 l. 7–8 Weber **5** CH IV 110–111 (frg. 11 b) Nock–Festugière **18** Augusto imperante] *cf.* Luc. 2, 1

3 est *Da;* esse T **14** Iesum ⟨Christum⟩ *Pf, alii; trad. def. Pe* appellemus *Pf; cf. supra 14, 2 et inst. 5, 16, 1* **18** carnem, m *exp.,* T homine T[1]; uirgine *(*hom *del., s.l.* uirg*)* T[2]

quo et salus hominum et religio summi dei et omnis
3 ueritas continetur. nam cum primum scelerati atque
impii deorum cultus per insidias daemonum inrepse-
runt, tum penes solos Hebraeos religio dei mansit, qui
tamen non lege aliqua, sed traditum sibi per successio-
nes cultum patrio more tenuerunt usque ad id tempus,
quo de Aegypto exierunt Moyse duce primo omnium
prophetarum, per quem illis lex est a deo imposita. ii,
qui Iudaei sunt postmodum nominati, seruierunt igitur
4 deo uinculis legis obstricti. sed idem paulatim ad pro-
fanos ritus aberrantes alienos deos susceperunt et dere-
f. 32r licto patrio cultu insensibilibus | simulacris immola-
5 uerunt. propterea deus prophetas ad eos misit diuino
spiritu adimpletos, qui illis peccata exprobrarent et pae-
nitentiam indicerent, qui secuturam ultionem minaren-
tur ac denuntiarent futurum, si in isdem delictis perse-
uerassent, ut alium mitteret nouae legis latorem, ut in-
grato populo ab hereditate summoto aliam sibi plebem
6 fideliorem de exteris gentibus congregaret. illi autem
non modo perseuerarunt, uerum etiam eos ipsos qui
mittebantur interfecerunt. itaque damnauit eos ob haec

Inst.: 38, 3–39, 7] 4, 10, 5–13, 11 *(ordo mutatus, nonnulla aliunde)* 38, 3 ... inrepserunt] *cf.* 2, 13, 7. 16, 1–3. 20–21 3 tum ... mansit] 2, 13, 8 3 qui ... tempus] — *(aliter* 4, 10, 5*)* 3 quo ... imposita] 4, 10, 6 ... data est 3 ii ... obstricti] 4, 10, 14–15 4] 4, 10, 11. 11, 1 ... deorum 5] 4, 11, 1 tum deus ... 2 congregaret 6 ... interfecerunt] 4, 11, 3 ... necauerunt 6 itaque ... conuocaret] 4, 11, 7

8 ii qui T[1] *(cf. 63, 8)*; hii *(*h *inserta, non renouata)* T[2]; hi, qui *Br;* qui *tantum Pf,* iique *Da, uterque post* nominati *puncto dist.* **12** insensibilibus] bi *s.l.* T **14** exprobrarent] *alt.* r *eras. uel euan.* T **17** ut ingrato] et i. *Pf*

facinora nec adiecit ulterius prophetas mittere ad po-
pulum contumacem, sed filium suum misit, ut gentes
uniuersas ad gratiam dei conuocaret. nec illos tamen 7
licet impios et ingratos ab spe salutis exclusit, sed ad
ipsos potissimum misit, ut, si forte paruissent, non
amitterent quod acceperant, si autem deum suum non
suscepissent, tum heredibus abdicatis gentes in adoptio-
nem uenirent. iussit igitur eum summus pater descen- 8
dere in terram et humanum corpus induere, ut subiectus
passionibus carnis uirtutem ac patientiam non solum
uerbis, sed etiam factis doceret. renatus est ergo ex 9
uirgine sine patre tamquam homo, ut, quemadmodum
in prima natiuitate | spiritali creatus [est] ex solo deo f. 32^{v}
sanctus spiritus factus est, sic in secunda carnali ex sola
matre genitus caro sancta fieret, ut per eum caro, quae
subiecta peccato fuerat, ab interitu liberaretur.

39. Haec sic futura, ut exposui, prophetae ante prae- 1
dixerant. apud Solomonem ita scriptum est: 'infirma- 2
tus est uterus uirginis et accepit fetum, et grauata est et
facta est in multa miseratione mater uirgo'. apud 3
Esaiam sic: 'ecce uirgo accipiet in uterum et pariet

Inst.: 38, 7] *cf.* 4, 11, 15 8 . . . induere] 4, 11, 14. 12, 7 terrenum corpus 8 ut . . . doceret] *cf.* 4, 13, 5 dei uirtus . . . pertulit 9 . . . homo] 4, 12, 1. 13, 1 tamquam hominem 9 ut . . . fieret] 4, 13, 2 . . . 5 homo. 25, 3–4 9 ut per . . . liberaretur] *cf.* 4, 25, 10 39, 1] — 2] 4, 12, 3 3 . . . Emmanuel] 4, 12, 4

Auct.: **1–2** *cf.* Luc. 20, 10–13 **18–20** Od. Sal. 19, 6–7 **21–p. 56, 1** Is. 7, 14

1 adiecit . . . mittere] *cf. Thes. I 674, 30–45 et Vet. Lat. Luc. 20, 11 (cod. f ap. Jülicher–Matzkow)* **13** est *del. Da;* et *Pf* **21** eseian T

filium, et uocabitis nomen eius Emmanuel', quod sig-
nificat 'nobiscum deus'. fuit enim nobiscum in terra,
cum induit carnem, et nihilominus deus fuit in homine
4 et homo in deo. utrumque autem eum fuisse a pro-
phetis ante praedictum est. quod deus fuerit, Esaias ita
dicit: 'adorabunt te et in te precabuntur, quoniam in te
deus est, et nos nesciebamus, deus Israhel. confunden-
tur et reuerebuntur omnes, qui aduersantur tibi, et ca-
5 dent in confessionem'. item Hieremias: 'hic deus noster
est et non deputabitur alius absque illo, qui inuenit om-
nem uiam prudentiae et dedit eam Iacob puero suo et
Israhel dilecto sibi. post haec in terris uisus est et cum
6 hominibus conuersatus est'. item quod homo fuerit,
f. 33r idem | Hieremias dicit: 'et homo est; et quis cognouit
eum?' Esaias quoque sic tradit: 'et mittet iis dominus
hominem, qui saluabit eos et iudicans sanabit eos'. item
Moyses ipse in Numeris: 'orietur stella ex Iacob et
7 exsurget homo ex Israhel'. idcirco igitur, cum deus

Inst.: 39, 3 quod ... deo] 4, 12, 7 ... mortali. 13, 5   4 ... praedictum est] 4, 13, 6   4 quod ... confessionem] 4, 13, 7   5] 4, 13, 8   6] 4, 13, 10   7] 4, 13, 4

Auct.: **6–9** Is. 45, 14–16   **9–13** Hieremias] Bar. 3, 36–38   **14–15** Ier. 17, 9   **15–16** Is. 19, 20   **17–18** num. 24, 17

4 eum *Da;* dm̃ T*; del. Pf*   **5** quod] d *s.l.* T   eseias T *sic semper*   **7** *post* deus est *ft. excid.* et non est alius deus *(uel* deus alius*)* praeter te. tu enim deus es*; cf. inst., unde fere eadem suppl. Da*   nesciebamus] n *s.l.* T   *post* Israhel *add.* saluator *Da cl. inst.*   **9** confessionem T, *recte recepit Br cl. inst. codd.* $BP^{1}R$*;* confusionem *uel* -e *cet. (ut Cypr. testim. 2, 6), Da, alii*   **12** istrael T   **16** et iudicans] et *om. codd. inst. praeter B; u. Br ad inst. et Gryson ad Is. 19, 20*

esset, suscepit carnem, ut inter deum et hominem me-
dius factus hominem ad deum magisterio suo superata
morte perduceret.
40. Diximus de natiuitate, nunc de uirtute operibus- 1
que dicamus. quae cum magna inter homines ac mira-
bilia faceret, uidentes illa Iudaei magica potentia fieri
putabant ignorantes ea omnia, quae fiebant ab eo,
praedicta esse a prophetis. aegros et uario morborum 2
genere languentes non medella aliqua, sed ui ac potes-
tate uerbi sui protinus roborabat, debiles resanabat,
claudos ad gressum erigebat, caecis uisum restituebat,
mutis eloquium dabat, surdos inauribat, pollutos ma-
culatosque purgabat, furiatis daemonum incursu men-
tem propriam reponebat, mortuos aut iam sepultos ad
uitam lucemque reuocabat. idem quinque milia ho- 3
minum quinque panibus et duobus piscibus saturauit.
idem supra mare ambulauit. | idem in tempestate prae- f. 33v
cepit uento, ut conquiesceret, statimque tranquillitas
facta est. quae omnia et in prophetarum libris et in car-
minibus Sibyllinis praedicta inuenimus. ob haec mi- 4
racula cum ad eum magna concurreret multitudo et, ut
erat, dei filium et a deo missum crederet, repleti inuidia
sacerdotes ac principes Iudaeorum, simul ira concitati,
quod eorum peccata et iniustitiam coarguebat, coie-

Inst.: 40, 1–10] 4, 15, 1–17, 2. 18, 1–9. 19, 2 40, 1] 4, 15, 1. 4. 12 2 ... resanabat] 4, 15, 6 aegros ... delati. 9 ... faciebat 2 claudos ... purgabat] 4, 15, 7–8 2 furiatis ... reponebat] 4, 27, 2 ... reponebat 2 mortuos ... reuocabat] 4, 15, 11 3 ... saturauit] 4, 15, 16 fame ... 17 impleti 3 idem supra ... facta est] 4, 15, 20–22 3 quae ... inuenimus] *cf.* 4, 15, 12–15. 18. 23–31 *passim* 4] 4, 16, 5 ... ceperunt. 12 ... necandum

6 uidentes] te *s.l. m.2 uel post.* T **10** debiles] s *s.l. m.1* T

5 runt, ut eum occiderent. quod futurum ante annos mille paulo amplius Solomon in Sapientia pronuntiauerat his uerbis: ‘circumueniamus iustum, quoniam insuauis est nobis et exprobrat nobis peccata legis. promittit scientiam dei se habere et filium dei se nominat. factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, grauis est nobis etiam ad uidendum, quoniam dissimilis est aliis uita illius et mutatae sunt uiae illius. tamquam nugaces aestimati sumus ab illo, continet se a uiis nostris quasi ab immunditiis et praefert nouissima iustorum et gloriatur patrem dominum. uideamus ergo, si sermones illius ueri sunt, et temptemus, quae euentura sunt illi. contumelia et tormenta interrogemus eum, f. 34^{r} et sciamus reuerentiam illius et pro|bemus patientiam illius. morte turpissima condemnemus eum. haec cogitauerunt, et errauerunt; excaecauit enim illos stultitia

Inst.: 40, 5 . . . amplius] 4, 16, 5 quod . . . descripserant. 10 atquin . . . fuerunt 5 Solomon . . . sacramenta dei] 4, 16, 7–10

Auct.: **3–p. 59, 1** sap. 2, 12–17. 19–22

2 salomon T *hic tantum* **4** exprobat T, *corr. Pf* **9** illo T *et inst. codd. HM ut Cypr. testim. 2, 14 et Vulg.;* eo *cet.* **10** uiis *Pf ex inst.;* uiris T preferet T, *corr. Pf* **11** patrem dominum] *cf. uar. ll. ap. Br ad inst. et Thiele ad sap. 2, 16* **12** euentura] uentura *inst. codd. DVHMKSR* **13** tormenta T *et inst. cod. V (cf. uar. ll. Cypr. et Thiele ad sap. 2, 19), ut abl. fem. def. Br, ALL 5 (1888) 286–289;* -to *cod. D (cf. et HM),* -tis *cet. (in K excid.* contumelia . . . dei*), def. Monat* **14** et *ante* sciamus] ut *inst. codd. DVHM, plur. codd. Cypr., Vulg.* sciamus] a *eras. uel euan.* T **16** stultitia *Pf et inst. codd. BDVPSR;* stultia T*;* malitia *codd. HM et cet. testes Vet. Lat.; u. Wlosok (1961), 244 n. 1; Thiele ad sap. 2, 21*

eorum et nescierunt sacramenta dei'. harum igitur lit- 6
terarum immemores, quas legebant, incitauerunt po-
pulum tamquam aduersus impium, ut eum compre-
hensum ad iudicium ducerent mortemque eius impiis
uocibus flagitarent. intentabant autem pro crimine id 7
ipsum, quod se dei filium diceret et quod legem solueret
curando homines in sabbato, quam ille se non soluere,
sed implere dicebat. cumque Pontius Pilatus, qui tum 8
legatus in Syriam iudicabat, perspiceret causam illam
ad officium Romani iudicis non pertinere, misit eum ad
Herodem tetrarcham permisitque Iudaeis, ut ipsi legis
suae disceptatores essent. qui accepta sceleris potestate
adfixerunt eum cruci. sed prius flagellis et palmis uerbe-
rauerunt, spinis coronarunt, faciem conspuerunt, in ci-
bum et potum dederunt ei fel et acetum, et inter haec
nulla uox eius audita est. tunc carnifices sortiti de 9
tunica eius et pallio suspenderunt patibulo atque adfi-
xerunt, cum postridie pascha id est festum diem suum
celebraturi essent. quod facinus prodigia secuta sunt, 10
ut intellegerent | nefas quod admiserant. eodem namque f. 34v

Inst.: 40, 6 . . . legebant] *cf.* 4, 16, 5 immemores . . . prophetarum. 13. 17. 18, 1 6 incitauerunt . . . 7 dicebat] 4, 17, 1–2; *ad* comprehensum . . . flagitarent *cf.* 4, 18, 4 comprehensum. 5 at illi . . . flagitare 8 . . . iudicabat] 4, 18, 4 . . . regebat 8 perspiceret . . . essent] 4, 18, 5 quae cum . . . uideri. 6 8 qui accepta . . . audita est] 4, 18, 7 . . . 8 ceciderunt. 9 . . . emisit 9 . . . adfixerunt] 4, 18, 8 cumque . . . pallio. 9 tum . . . fixerunt 9 cum . . . essent] — *(ad* pascha *u.* 4, 26, 40; *dies datur* 4, 10, 18*)* 10] 4, 19, 2

1 eorum T *et Vulg.;* illorum *inst. codd. HM;* ipsorum *cet. et plur. codd. Cypr.; u. Br ad inst. et Thiele l. c.* **9** Syria *Pf; u. Pe ad l.* **13** addixerunt T, *corr. Buen cl. inst.* **17** suspenderunt ⟨eum⟩ *Pf; cf. e. g. 22, 8* adfixerunt] ad *s.l.* T **18** postpridie T, *corr. Pf* **20** namquae T, *corr. Pf*

momento, quo spiritum posuit, et terrae motus magnus
et deliquium solis fuit, ut in noctem dies uerteretur.
1 41. Quae omnia prophetae sic futura esse praedi-
xerant. Esaias ita dicit: 'non sum contumax neque con-
tradico; dorsum meum ⟨posui⟩ ad flagella et maxillas
meas ad palmas, faciem autem meam non auerti a foe-
ditate sputorum'. idem de silentio: 'sicut ouis ad im-
molandum adductus est et sicut agnus coram tondenti-
2 bus sine uoce, sic non aperuit os suum'. item Dauid in
psalmo XXXIIII: 'congregata sunt in me flagella et ig-
norauerunt, dissoluti sunt nec compuncti sunt; tempta-
uerunt me et striderunt super me dentibus suis'. idem de
cibo et potu ⟨in psalmo⟩ LXVIII: 'et dederunt in escam
meam fel et in siti mea potum mihi dederunt acetum'.
3 item de cruce Christi: 'effoderunt manus meas et pedes
meos, dinumerauerunt omnia ossa mea; ipsi autem con-
templati sunt et uiderunt me, diuiserunt uestimenta mea
4 sibi et super uestem meam sortem miserunt'. Moyses

Inst.: 41, 1–9] 4, 18, 13–30. 19, 3–4 *(pauca aliunde)* 41, 1 . . . sputorum] 4, 18, 13 1 idem . . . suum] 4, 18, 16 2 . . . suis] 4, 18, 14 2 idem . . . acetum] 4, 18, 18 3] 4, 18, 30 4 . . . 5 transfixerunt] 4, 18, 29

Auct.: **4–7** Is. 50, 5–6 **7–9** Is. 53, 7 **10–12** psalm. 34, 15–16 **13–14** psalm. 68, 22 **15–18** psalm. 21, 17–19

1 terrae] *alt.* e *super del.* a T **2** uerteretur *Pf;* uerte|tur T *(in mg. sin. notam add. m. post., uix* re*)* **5** posui *add. Pf; cf. inst.* **8** est *Pf ex inst.;* sum T *post* tondentibus *ft. excidit* se; *cf. inst. codd. KSR et Br ad inst.* **10** in] super *codd. inst.* **12** *post* temptauerunt me *excidisse* et deriserunt derisum *coni. Br cl. inst., ubi haec lectio dubia; ft. supplend.* et deriserunt me *cum inst. codd. BDVHMR* **13** in psalmo *add. Fr,* psalmo *iam Pf; cf. inst. 4, 8, 14* **15** et foderunt T, *corr. Da cl. inst.* **17** *post* me *addendum putat* et *Br cl. inst. (ubi cod. B om.* me et*)*

in Deuteronomio: 'et erit pendens uita tua ante oculos
tuos, et timebis die et nocte et non credes uitae tuae'. | f. 35r
item in Numeris: 'non quasi homo dominus suspenditur
neque quasi filius hominis minas patitur'. item Zacha- 5
rias: 'et intuebuntur in me, quem transfixerunt'. de solis
obscuratione Amos ita dicit: 'in illo die, dicit dominus,
occidet sol meridie et obtenebrabitur dies lucis; et con-
uertam dies festos uestros in luctum et cantica uestra in
lamentationem'. item Hieremias de ciuitate Hieroso- 6
lyma, in qua passus est: 'et subiuit sol ei, cum adhuc
medius dies esset; contusa est et maledicta; reliquos eo-
rum in gladium dabo'. nec frustra haec dicta sunt, 7
siquidem post breue tempus imperator Vespasianus Iu-
daeos debellauit et terras eorum ferro ignique depopu-
latus est, obsessos fame subegit, Hierosolymam euertit,
captiuos triumphauit, ceteris, qui reliqui fuerunt, terris
suis interdixit, ne quando iis ad solum patrium reuerti
liceret. quae a deo propter illam Christi crucem facta 8
sunt, ut hoc in scripturis eorum Solomoni ante testatus
sit dicens: 'et erit Israhel in perditionem et in imprope-
rium populo. et domus haec erit deserta, et omnis, qui
transiet per illam, admirabitur et dicet: propter | quam f. 35v

Inst.: 41, 5 de solis ... lamentationem] 4, 19, 3 6] 4, 19, 4 7] *cf.* 4, 21, 2 et futura ... 5 praedixerant 8] *paulo aliter* 4, 18, 32–33

Auct.: **1–2** deut. 28, 66 **3–4** num. 23, 19 **5** Zach. 12, 10 **6–9** Am. 8, 9–10 **10–12** Ier. 15, 9 **20–p. 62, 5** III reg. 9, 7–9

2 die ac nocte *inst.* **4** minans T, *corr. Pf; cf. inst.* zaccharias T **5** tra˜| fixerunt *sic* T **6** in] et erit in *inst.* **9** lamentatione T, *corr. Pf* **13** tempus] te *s.l.* T uespassianus T **19** solomoni T, *def. Brit 26 'uerba Dei ad Solomonem';* Solomon *Da, alii cl. inst. 4, 18, 32*

rem deus fecit terrae huic et huic domui haec mala? et
dicent: quia dereliquerunt dominum deum suum et
persecuti sunt regem suum dilectissimum deo et crucia-
uerunt illum in humilitate magna; pro⟨pter⟩ hoc im-
9 portauit illis deus mala haec'. quid enim non mereren-
tur, qui dominum, qui ad salutem ipsorum uenerat, per-
emerunt?

1 42. Post haec detractum patibulo corpus monumen-
to condiderunt. uerum tertio die ante lucem terrae motu
facto ac reuoluto lapide, quo sepulcrum clauserant, re-
surrexit. in sepulcro autem nihil nisi exuuiae corporis
2 sunt repertae. ipsum uero resurrecturum die tertio iam
olim prophetae fuerant praelocuti. Dauid in psalmo
XV: 'non derelinques animam meam ad inferos nec da-
bis sanctum tuum uidere corruptionem'. item Osee: 'hic
filius meus sapiens, propter quod nunc non resistet in
contribulatione filiorum suorum; et de manu inferorum
eruam eum. ubi est iudicium tuum, mors, ubi est acu-
leus tuus?' idem rursus: 'uiuificabit nos post biduum die

Inst.: 41, 9] *cf.* 4, 16, 17 priuarent . . . aduenerat 42, 1–43, 7] 4, 19, 6–21, 3 *passim (ordo mutatus, nonnulla ex* 4, 11–12. 18*)* 42, 1 . . . resurrexit] 4, 19, 6 detraxerunt . . . 7 egressus 1 in sepulcro . . . repertae] 4, 19, 7 in sepulcro . . . incluserant 2 . . . corruptionem] 4, 19, 8 . . . interitum 2 item . . . tertio] 4, 19, 9

Auct.: **14–15** psalm. 15, 10 **15–19** Os. 13, 13–14 **19–p. 63, 1** Os. 6, 3 (6, 2 LXX)

1 domihaec *(*h *in ras. m.1?)* T, *corr. Pf* **2** derelinquerunt T, *corr. Pf* **4** pro T, *corr. Da, Buen cl. inst.* **6** salute T, *corr. Pf* **15** corruptionem T *et inst. cod. B cum Vulg.;* interitum *cet.; cf. uar. ll. Cypr. testim. 2, 24* **18** mors, aut ubi *coni. Br cl. inst.* **19** uiuificabit *Pf;* -uit T *et inst. codd.* DVP^1 *(*-bit P^3*) HR, uix recte recepit Pe; cf. 43, 2. 51, 4 al.*

tertio'. profectus igitur in Galilaeam post resurrectio- 3
nem discipulos suos rursus, quos | metus in fugam uerte- f. 36r
rat, congregauit datisque mandatis, quae obseruari uel-
let, et ordinata euangelii praedicatione per totum orbem
inspirauit in eos spiritum sanctum ac dedit iis potes-
tatem mirabilia faciendi, ut in salutem hominum tam
factis quam uerbis operarentur. ac tum demum quin-
quagesimo die remeauit ad patrem sublatus in nube.
hoc Daniel propheta iam pridem ostenderat dicens: 'ui- 4
debam in uisu noctis; et ecce in nubibus caeli ut filius
hominis ueniens et usque ad antiquum dierum peruenit.
et qui adsistebant, obtulerunt eum; et datum est ei reg-
num et honor et imperium, et omnes populi tribus lin-
guae seruient ei; et potestas eius aeterna, quae num-
quam transibit, et regnum eius non corrumpetur'. item 5
Dauid in psalmo CVIIII: 'dixit dominus domino meo:
sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos
suppedaneum pedum tuorum'.

43. Cum igitur ad dexteram dei sedeat calcaturus 1
inimicos suos, qui eum cruciauerunt, quando ad iudi-

Inst.: 42, 3 ... congregauit] 4, 19, 7 in ... quaereret. 20, 1 ... patefecit 3 datisque ... nube] 4, 21, 1 ... die. 2 ... confirmari 4] 4, 12, 12. 21, 1 sicut ... peruenit 5] 4, 12, 17 ... tuorum 43, 1 ... uenerit] *cf.* 4, 12, 21 ... obtinebit

Auct.: **9–15** Dan. 7, 13–14 **16–18** psalm. 109, 1

3 mandatis quae *Pf;* -tisq· T **4** euã | gelii, *alt.* i *ft. add. m.2,* T **7** quinquagesimo T *et inst. 4, 21, 1 cod. R (recepit Monat), Pe;* quadrag- *Da, alii cum cet. codd. inst.* **8** nube *Br cl. inst. aliisque locis;* -em T **11** anticum T *et inst. 4, 12, 16 bis (uaria scriptura) cum Vulg.;* uetustum *inst. 4, 12, 12. 21, 1; omnino aliter Cypr. testim. 2, 26* **14** seruient ei *Pf;* -entes T **17** donec T *et inst. codd. BG ut pars codd. Cypr. testim. 2, 26 et Vulg.;* quoadusque *cet. ut Cypr. cet.*

candum orbem uenerit, apparet nullam spem reliquam
f. 36v esse Iudaeis, | nisi conuersi ad paenitentiam et a san-
guine, quo se polluerunt, abluti sperare in eum coepe-
2 rint, quem negauerunt. ideo sic dicit Hesdra: 'hoc pa-
scha saluator noster est et refugium nostrum. cogitate et
ascendat in cor uestrum, quoniam habemus humiliare
3 eum in signo; et post haec sperabimus in eum'. ex-
heredatos autem esse Iudaeos, quia Christum reproba-
uerunt, et nos, qui sumus ex gentibus, in eorum locum
4 adoptatos scripturis approbatur. Hieremias ita dicit:
'dereliqui domum meam, dimisi hereditatem meam in
manus inimicorum eius. facta est hereditas mea mihi
sicut leo in silua, dedit ipsa super me uocem suam, id-
5 circo odiui eam'. item Malachiel: 'non est mihi uolun-
tas circa uos, dicit dominus, et sacrificium acceptum
non habebo ex manibus uestris, quia a solis ortu usque
ad occasum clarificabitur nomen meum apud gentes'.
6 Esaias quoque sic: 'uenio colligere omnes gentes et lin-
7 guas, et uenient et uidebunt claritatem meam'. idem
alio loco ex persona patris ad filium: 'ego dominus deus

Inst.: 43, 1 apparet ... negauerunt] 4, 18, 23 2] 4, 18, 22 hoc pascha ... in eum 3] *cf.* 4, 20, 11 ... Iudaeorum 4] 4, 20, 7 5] 4, 11, 8 6] 4, 11, 10 ... meam 7] 4, 20, 12

Auct.: **4–7** Esdrae locus apocryphus; *cf.* Iustin. dial. 72, 1 **11–14** Ier. 12, 7–8 **14–17** Mal. 1, 10–11 **18–19** Is. 66, 18 **20–p. 65, 5** Is. 42, 6–7

1 uenerat T, *corr. Pf* **2** sanguinẽ T, *corr. Pf* **4** negauerunt T *et inst. 4, 18, 23 codd. plur.*; neca- *Fr, alii ex inst. codd. BDV* **6** humilare T, *corr. Pf ex inst.*; *cf. Thes. VI 3, 3100, 36–49* **7** sperabimus *Da*; -uimus T *et inst. codd.* B^{1} *(corr. m.3)* DVR^{1} *(corr. m.2)*; *cf. Iustin* ἐλπίσωμεν **13** idcirco] ideo *codd. inst. cum Vulg.* **16** quia] quoniam *inst.* **17** ad T *et inst. codd.* $B^{3}M$ *ut Vulg.*; in *cet. et Cypr. testim. 1, 16*

uocaui te in iustitiam, et tenebo manum tuam et con-
firmabo te, dedi te in testamentum | generis mei, in lu- f. 37r
cem gentium, aperire oculos caecorum, producere ex
uinculis alligatos et de domo carceris sedentes in te-
nebris'.
44. Si ergo Iudaei a deo reiecti sunt, sicut sacrarum 1
scripturarum fides indicat, gentes autem, sicut uidemus,
adscitae ac de tenebris huius uitae saecularis deque uin-
culis daemonum liberatae, nulla igitur alia spes homini
proposita est, nisi ueram religionem ueramque sapien-
tiam, quae in Christo est, fuerit secutus; quem qui ig-
norat, a ueritate ac deo semper alienus est. nec sibi de 2
summo deo uel Iudaei uel philosophi blandiantur; qui
filium non agnouit, nec patrem potuit agnoscere. haec
est sapientia et hoc mysterium summi dei. per illum se
deus et agnosci et coli uoluit. ideo prophetas ante 3
praemisit, qui de aduentu eius praedicarent, ut, cum
facta essent in eo quaecumque praedicata sunt, tunc ab
hominibus et dei filius et deus crederetur. nec tamen 4
sic habendum est, tamquam duo sint dii. pater enim ac
filius unum sunt. cum enim pater filium diligat omnia-
que ei tribuat et filius patri fideliter obsequatur nec uelit
| quidquam nisi quod pater, non potest utique necessi- f. 37v
tudo tanta diuelli, ut duo esse dicantur, in quibus et

Inst.: 44, 1–5] 4, 28, 1–29, 15 *(pars §§ 1–2 aliunde)* 44, 1 ... indicat] *cf.* 4, 20, 5 exheredato ... testatur 1 gentes ... liberatae] *cf.* 4, 20, 13 1 nulla ... secutus] *cf.* 4, 28, 1–2 1 quem ... 2 blandiantur] *cf.* 4, 30, 11 quo ... blandiri *(de haereticis; de Iudaeis cf.* 7, 1, 24–26*)* 2 qui ... uoluit] 4, 29, 14–15 3] *cf.* 4, 29, 10–12 4 ... sunt] 4, 29, 1 ... filium. 10 ... filium 4 cum ... est] 4, 29, 4 ... substantia est. 5 ... separatur. 9

1 uocabi T, *corr. Pf* **20** dii] dĩ T *(u. p. XXX)*

5 substantia et uoluntas et fides una est. ergo et filius per
patrem et pater per filium. unus est honos utrique tri-
buendus tamquam uni deo et ita diuidendus est per
duos cultus, ut diuisio ipsa compage inseparabili uin-
ciatur. neutrum sibi relinquet, qui aut patrem a filio aut
filium a patre secernit.
1 45. Superest respondere etiam iis, qui putant incon-
ueniens fuisse nec habere rationem, ut deus mortali cor-
pore indueretur, ut hominibus subiectus esset, ut con-
tumelias sustineret, cruciatus etiam mortemque patere-
2 tur. dicam quod sentio et rem immensam paucis ut
potero substringam. qui aliquid docet, debet, ut opinor,
facere ipse quae docet, ut cogat homines obtemperare.
nam si non fecerit, praeceptis suis fidem derogabit.
3 exemplis igitur opus est, ut ea quae praecipiuntur ha-
beant firmitatem et, si quis contumax extiterit ac dixerit
non posse fieri, praeceptor illum praesenti opere con-
uincat. non potest ergo perfecta esse doctrina, cum uer-
f. 38r bis tantum | traditur, sed tum perfecta est, cum factis
4 adimpletur. Christus itaque cum doctor uirtutis ad
homines mitteretur, utique, ut doctrina eius perfecta es-
set, et docere et facere debuerat. sed si corpus hominis
non induisset, non posset facere quae docebat, id est

Inst.: 44, 5 . . . uinciatur] *cf.* 4, 29, 8. 13–14   5 neutrum . . . secernit] *cf.* 4, 29, 3   45, 1–5] 4, 22, 3–25, 1 *passim; cf.* 26, 24–27   45, 1] *cf.* 4, 22, 3–5   2 . . . substringam] *aliter* 4, 22, 6 . . . errare   2 qui . . . obtemperare] 4, 23, 1. *cf.* 8 . . . obtemperet   2 nam . . . derogabit] 4, 23, 2 ne . . . detrahat; *cf.* 8   3 . . . firmitatem] 4, 23, 8 homines . . . uerba. 9 . . . firmentur; *cf.* 24, 11   3 et si . . . conuincat] 4, 23, 7 quomodo . . . docere; *cf.* 24, 10   4–5] 4, 23, 10 Christus. 24, 1–17 *passim.* 25, 1 *(nonnulla iterata)*

7 iis *Pf;* is T   **14** derogauit T, *corr. Pf*   **15** precipiuntur, *alt.* i *s.l.,* T

non irasci, non cupere diuitias, non libidine inflammari,
dolorem non timere, mortem contemnere. haec sunt 5
utique uirtutis, sed fieri sine carne non possunt. ergo
ideo corporatus est, ut, cum uincenda esse carnis desi-
deria doceret, ipse faceret prior, ne quis excusationem
de carnis fragilitate praetenderet.

46. Dicam nunc de sacramento crucis, ne quis forte 1
dicat: si suscipienda illi mors fuerat, non utique infamis
ac turpis, sed quae haberet aliquid honestatis. scio 2
equidem multos, dum abhorrent nomen crucis, refugere
a ueritate, cum in ea et ratio magna sit et potestas. nam
cum ad hoc missus esset, ut humillimis quibusque uiam
panderet ad salutem, se ipse humilem fecit, ut eos li-
beraret. suscepit ergo id genus mortis, quod solet hu- 3
milibus inrogari, ut omnibus facultas daretur imitandi. | f. 38v
praeterea cum esset resurrecturus, amputari partem
corporis eius fas non erat nec os infringi, quod accidit
iis, qui capite plectuntur. crux ergo potior fuit, quae 4
resurrectioni corpus integris ossibus reseruauit. his
etiam illud accedit, quod passione ac morte suscepta
sublimem fieri oportebat. adeo illum crux et re et sig- 5
nificatione exaltauit, ut omnibus maiestas eius ac uirtus
cum ipsa passione notuerit. nam quod extendit in pa-

Inst.: 46, 1–47, 1] 4, 26, 1–28, 2 *(pars* 46, 7 *et* 47, 1 *aliunde)* 46, 1 . . . crucis] 4, 26, 1 nunc . . . enarranda 1 ne . . . honestatis] 4, 26, 29 2 . . . potestas] — *(aliter* 4, 26, 2–3*)* 2 nam . . . 3 imitandi] 4, 26, 30 3 praeterea . . . 4 reseruauit] 4, 29, 31 . . . 33 redderetur 4 his . . . 5 notuerit] 4, 26, 33 illa . . . 35 ignota sit 5 nam . . . conuenirent] 4, 26, 36

3 uirtutis *Brit 422, Br cl. 57, 4;* -tes T **8** utuque T, *corr. Pf* **17** accidit] *pr.* i *s.l.,* d *ex* e, T **18** fuit, quae *Pf;* fuitq· T **19** reseruabit T, *corr. Pf* **20** accepit T, *corr. Pf*

tibulo manus, utique alas suas in orientem occidentem-
que porrexit, sub quas uniuersae nationes ab utraque
6 mundi parte ad requiem conuenirent. quantum autem
ualeat hoc signum et quid habeat potestatis, in promptu
est, cum omnis daemonum cohors hoc signo expellitur
7 ac fugatur. et sicut ipse ante passionem daemonas
uerbo et imperio proturbabat, sic nunc nomine ac signo
passionis eius idem spiritus immundi, quando in cor-
pora hominum inrepserint, exiguntur, cum extorti et
excruciati ac se daemonas confitentes uerberanti se deo
8 cedunt. quid ergo sperauerint de suis religionibus cum-
f. 39r que sua sapientia | Graeci, cum uideant deos suos, quos
eosdem daemonas esse non negant, per crucem ab ho-
minibus triumphari?

1 47. Vna igitur spes hominibus uitae est, unus portus
salutis, unum refugium libertatis, si abiectis quibus te-
nebantur erroribus aperiant oculos mentis suae deum-
que cognoscant, in quo solo domicilium ueritatis est,
terrena et de terra ficta contemnant, philosophiam,
quae apud deum stultitia est, pro nihilo computent, sed
uera sapientia id est religione suscepta fiant immorta-
2 litatis heredes. at enim repugnant non tam ueritati

Inst.: 46, 6] 4, 27, 1 7 . . . exiguntur] 4, 27, 2 *(u. supra ad 40, 2)* 7 cum . . . cedunt] 2, 15, 3 . . . confitentur 8] *cf.* 4, 27, 13–15 47, 1 . . . cognoscant] 4, 28, 1. 3, 30, 3 . . . colat 1 in . . . heredes] *cf.* 3, 30, 4. 8. 4, 5, 2 47, 2–5] 5, 1, 1–9 *et* 9, 3–10 *conflata* 47, 2 . . . saluti] 5, 1, 9 quoniam . . . repugnant*; ad* ueritati *cf.* 5, 1, 3. 8

4 potestatis in] isin *m.1 in eras.* em T promtum T, *corr. Pf* **8** eius idem *Brit 422 cl. inst.;* eiusdem T **9** inrepserunt *Pf contra numerum* **11** caedunt T, *corr. Pf* **19** de *bis, pr. del.,* T **20** sed] et *Pf; cf. 22, 8* **22** at *Pf;* ad T

quam propriae saluti cumque haec audiunt, uelut ali-
quod inexpiabile nefas detestantur. sed ne audire qui- 3
dem patiuntur, uiolari aures suas sacrilegio putant, si
audierint, nec iam maledictis abstinent, sed quantis pos-
sunt uerborum contumeliis insectantur. idemque si po-
testatem nacti fuerint, uelut hostes publicos persequun-
tur, immo etiam plus quam hostes, quorum, cum bello
uicti fuerint, aut mors aut seruitus poena est nec ullus
post arma deposita cruciatus, quamuis omnia pati me-
ruerint qui facere uoluerunt, | et inter mucrones locum f. 39v
pietas habet. inaudita est crudelitas, cum innocentia 4
nec uictorum hostium condicionem meretur. quae tanta
huius furoris est causa? scilicet quia ratione congredi
non queunt, uiolentia premunt, incognita causa tam-
quam nocentissimos damnant, qui constare de ipsa in-
nocentia noluerunt. nec satis putant, si celeri ac 5
simplici morte moriantur, quos inrationabiliter ode-
runt, sed eos exquisitis cruciatibus lacerant, ut expleant
'odium', quod non peccatum aliquod, sed 'ueritas pa-
rit'; quae idcirco male uiuentibus odiosa est, quia aegre
ferunt esse aliquos, quibus facta eorum placere non
possunt. hos omni modo cupiunt extinguere, ut possint
libere sine teste peccare.

Inst.: 47, 2 cumque ... 3 insectantur] 5, 1, 1 insectetur ... audiat 3 idemque ... habet] 5, 9, 3; *ad* potestatem nacti *cf.* 5, 11, 9 4 ... meretur] *cf.* 5, 9, 4 ... innocentes 4 quae ... est causa] 5, 9, 6 ... dicamus 4 scilicet ... noluerunt] 5, 1, 4–5 5 ... lacerant] 5, 9, 10 5 ut ... peccare] 5, 9, 6 utrumne ... 7 coarguatur; *cf.* 5, 1, 6–7. 21, 1 ueritas ... parit

Auct.: **19–20** Ter. Andr. 68

6 nacti *Pf;* acti T **8** ullus *Pf;* ullis (is *in ras.?*) T **11** habet *Da, Buen cl. inst.;* -beret T **15** qui T, *def. Pe cl. 28, 3;* quia *Pf, Br*

1 48. Sed haec facere se dicunt, ut deos suos defen-
dant. primum, si dii sunt et habent aliquid potestatis ac
numinis, defensione hominis patrocinioque non indi-
2 gent, sed se ipsos utique defendunt. aut quomodo ab
iis homo sperare auxilium potest, si ne suas quidem in-
iurias possunt uindicare? stultum igitur et uanum deo-
f. 40r rum esse uindices uelle, nisi quod ex eo | magis apparet
3 diffidentia. qui enim patrocinium dei quem colit sus-
cipit, illum esse nihili confitetur; si autem ideo colit,
quia potentem arbitratur, non debet eum uelle de-
4 fendere a quo ipse est defendendus. nos igitur recte.
nam cum isti defensores falsorum deorum aduersus ue-
rum deum rebelles nomen eius in nobis persequuntur,
nec re nec uerbo repugnamus, sed mites et taciti et pa-
tientes perferimus omnia, quaecumque aduersus nos
potest crudelitas machinari. habemus enim fiduciam in
deo, a quo expectamus secuturam protinus ultionem.
5 nec est inanis ista fiducia, siquidem eorum omnium, qui
hoc facinus ausi sunt, miserabiles exitus partim cogno-
uimus, partim uidimus nec ullus habuit impune, quod
deum laesit, sed qui sit uerus deus qui uerbo discere
6 noluit, supplicio suo didicit. uellem scire, cum inuitos

Inst.: 48, 1–50, 4] 5, 19, 4–20, 14 *(ordo mutatus; nonnulla aliunde, praesertim ex cc.* 11 *et* 13*)* 48, 1 ... defendant] 5, 19, 20 sed ... sacra 1 primum ... 3 defendendus] 5, 20, 2 quasi uero ... 4 non potest*; cf.* 10 non ut ... uolunt 4 ... recte] *cf.* 5, 19, 24 4 nam ... persequuntur] *cf.* 5, 8, 11. 20, 10 et saeuiunt ... colentes 4 nec re ... ultionem] 5, 20, 9 confidimus ... 10 ultionem 5] — *(aliter* 5, 23, 1–5*; cf.* mort. pers. 1, 5–7*)* 6 ... faciunt] 5, 20, 5 ... sacrificium

2 aliquod T, *corr. Pf* **3** defensionem T, *corr. Pf* **9** nihilo T, *corr. Pf* **18** fudicia T[1], *s.l. corr.* T[2] **19** cognobimus T, *corr. Pf* **20** uidimus *Da;* uidemus T, *ft. recte*

adigunt ad sacrificium, quid secum habeant rationis aut
cui praestent quod faciunt. si diis, non est ille cultus nec
acceptabile sacrificium, quod fit ingratis, quod extor-
quetur per iniuriam, quod eruitur per dolorem; si au- 7
tem ipsis quos cogunt, | non est utique beneficium, quod f. 40v
quis ne accipiat, etiam mori mauult. si bonum [non] est
ad quod me uocas, cur malo inuitas? cur non uerbis, sed
uerberibus? cur non ratione, sed cruciatibus corporis?
unde apparet malum esse illud, ad quod non inlicis uo-
lentem, sed trahis recusantem. quae stultitia est con- 8
sulere uelle nolenti? an si aliquis prementibus malis ad
mortem confugere cogatur, num potes, si aut gladium
extorseris aut laqueum ruperis aut ⟨a⟩ praecipitio re-
traxeris aut uenenum effuderis, conseruatorem te ho-
minis gloriari, cum ille, quem seruasse te putas, nec gra-
tias agat et te male secum arbitretur egisse, quod mor-
tem sibi prohibueris optatam, quod ad finem, quod ad
requiem malorum peruenire non siueris? beneficium 9
enim non ex qualitate rei debet, sed ex animo eius qui
accipit ponderari. cur pro beneficio imputes, quod mihi
maleficium est? uis me deos tuos colere, quod ego 10

Inst.: 48, 6 si diis . . . dolorem] 5, 20, 7 7 . . . mauult] 5, 20, 5 ipsisne . . . recusanti 7 si bonum . . . corporis] *cf.* 5, 19, 6–8. 11 uerbis . . . uerberibus 7 unde . . . recusantem] *cf.* 5, 19, 22–23. 20, 5 8 . . . nolenti] *cf.* 5, 20, 6 8 an si . . . siueris] — 9] — *(cf.* 6, 12, 7–8*)* 10] *cf.* 5, 12, 3 si uobis . . . 4 amplectimur

6 ne *Pf;* nec T non *del. Da* **10** *in mg. sin. notas uerba* quae . . . nolenti *repetentes add. m. post.* T *(u. Br ad l. et supra ad 2, 7)* *post* quae *eras.* e T **12** cogatur T *et Pf 'secundis curis' ap. Buen;* conatur *Pf in ed. neglegenter, male def. Buen* **13** a *add. Hm* **17** proibueris, p *s.l. m.2 uel post.*, T **18** siueris *Da;* sinueris T, *quam formam 'uulgarem' Lact. tribuit Georges, Handwörterbuch s. u., contra numerum*

mihi mortiferum duco? si bonum est, non inuideo;
fruere solus bono tuo; non est, quod uelis errori meo
11 succurrere, quem iudicio ac uoluntate suscepi. si ma-
f. 41r lum, | quid me ad consortium mali rapis? 'utere sorte
tua'. ego malo in bono mori quam in malo uiuere.
1 49. Haec quidem iuste dici possunt. sed quis audiet,
cum homines furiosi et impotentes minui dominationem
suam putent, si sit aliquid in rebus humanis liberum?
atquin religio sola est, in qua libertas domicilium col-
2 locauit. res est enim praeter ceteras uoluntaria nec
imponi cuiquam necessitas potest, ut colat quod non
uult. potest aliquis forsitan simulare, non potest uelle.
3 denique cum metu tormentorum aliqui aut cruciatibus
uicti ad execranda sacrificia consenserint, numquam
ultro faciunt quod necessitate fecerunt, sed data rursus
facultate ac reddita libertate referunt se ad deum eum-
que precibus et lacrimis placant agentes non uoluntatis
quam non habuerunt, sed necessitatis quam pertulerunt
paenitentiam; et uenia satisfacientibus non negatur.
4 quid ergo promouet, qui corpus inquinat, quando im-
mutare non potest uoluntatem? at enim homines inanis
cerebri, si quem fortem adegerint libare diis suis, in-
f. 41v credibili alacritate insolenter exultant et, quasi hostem |
5 sub iugum miserint, gaudent. si uero aliquis nec minis

Inst.: 48, 11 . . . rapis] *cf.* 5, 19, 4 alios . . . rapiunt 11 utere . . . tua] — 11 ego . . . uiuere] *cf.* 5, 12, 10 ut non . . . malimus. 19, 22 49, 1] — *(ad* libertas *cf.* 5, 13, 17–18. 6, 17, 25 2] *cf.* 5, 19, 11 . . . uoluntas. 23 nihil . . . religio; *cf.* 20, 6 . . . 9 irascimur 3 . . . 4 uoluntatem] 5, 13, 6–10 4 at enim . . . gaudent] *cf.* 5, 11, 15 5] 5, 11, 13–14

Auct.: **4–5** Verg. Aen. 12, 932

17 placat T, *corr. Pf* **21** at *Pf;* ad T

nec tormentis territus fidem uitae anteferre maluerit, in
hunc ingenium suum crudelitas exerit, infanda et in-
tolerabilia molitur. et quia sciunt gloriosam esse pro
deo mortem et hanc nobis esse uictoriam, si superatis
tortoribus animam pro fide ac religione ponamus, et
ipsi enituntur, ut uincant. non adficiunt morte, sed 6
excogitant nouos inauditosque cruciatus, ut fragilitas
uiscerum doloribus cedat; et si non cesserit, differunt
adhibentque uulneribus curam diligentem, ut crudis ad-
huc cicatricibus repetita tormenta plus doloris immit-
tant. et ⟨dum⟩ hanc aduersus innocentes carnificinam
exercent, pios utique se et iustos et religiosos putant –
talibus enim sacris d⟨ii⟩ eorum delectantur –, illos uero
impios et desperatos nuncupant. quae ista est peruer- 7
sitas, ut qui torquetur innocens desperatus atque impius
nominetur, carnifex autem iustus piusque dicatur?

50. Sed recte ac merito puniri eos aiunt, qui publicas 1
religiones a maioribus traditas execrantur. quid? si
maiores illi stulti fuerunt | in suscipiendis religionibus f. 42r
uanis, sicut iam supra ostendimus, praescribetur nobis,
quominus uera et meliora sectemur? cur nobis aufe- 2
rimus libertatem, sed quasi addicti alienis seruimus er-
roribus? liceat sapere, liceat inquirere ueritatem. sed 3

Inst.: 49, 6 ... immittant] 5, 11, 16–17 6 et dum ... nuncupant] 5, 9, 14 7] *cf.* 5, 19, 6. 17 50, 1 ... execrantur] 5, 20, 12 ... religiones 1 quid ... 2 ueritatem] *cf.* 5, 19, 2–5 3 ... honoratur] 5, 20, 12 num peius nos ... 13 discedunt

20 supra] 15, 1–17, 4

6 mortem T, *corr. Pf* **11** dum *add. Da;* cum *coni. Br* **13** dii eorum *Da cl. inst. 5, 10, 17, Buen cl. inst. 5, 11, 18;* deorum T **19** illiistulti, *tert.* i *exp. et del.*, T **22** sed] et *Brit 428 (dubitanter), Hm, Br, sed cf. 22, 8*

tamen, si libet maiorum defendere ⟨religiones⟩, cur im-
pune habent Aegyptii, qui pecudes et omnis generis bes-
tias pro diis colunt? cur de diis ipsis ⟨mimi⟩ aguntur et,
qui eos facetius deriserit, honoratur? cur audiuntur phi-
losophi, qui aut nullos deos esse aiunt aut, si sunt, nihil
curare nec humana respicere aut nullam esse omnino
4 quae regat mundum prouidentiam disserunt? sed soli
ex omnibus impii iudicantur, qui deum, qui ueritatem
sequuntur. quae cum sit eadem iustitia, eadem sapien-
tia, hanc isti uel impietatis uel stultitiae crimine infa-
mant nec perspiciunt, quid sit quod eos fallat, cum et
malo uocabulum boni et bono mali nomen imponunt.

5 Plurimi quidem philosophorum, sed maxime Plato et
Aristoteles de iustitia multa dixerunt adserentes et ex-
tollentes eam summa laude uirtutem, quod suum cuique
f. 42v tribuat, quod aequitatem in omnibus seruet; | et cum
ceterae uirtutes quasi tacitae sint et intus inclusae, so-
lam esse iustitiam, quae nec sibi tantum conciliata sit
nec occulta, sed foras tota promineat et ad bene facien-
6 dum prona sit, ut quam plurimis prosit; quasi uero in
iudicibus solis atque in potestate aliqua constitutis ius-

Inst.: 50, 3 cur audiuntur ... disserunt] 5, 20, 14 4 ... sequuntur] *cf.* 5, 9, 14 4 quae ... infamant] 5, 19, 8 sapientibus ... impiorum; *cf.* 5, 14, 1 4 nec ... imponunt] 5, 19, 7 adeone ... 8 imponere 50, 5–51, 5] 5, 14, 3–16, 11 *(pauca aliunde)* 50, 5 ... uirtutem] 5, 14, 5 Aristotelen ... patronos; *cf.* 5, 17, 4 5 quod suum ... prosit] — 6] 5, 14, 16–18

Auct.: **13–15** plurimi ... uirtutem] *cf.* Cic. rep. 3, 12 **16–19** *cf.* Cic. rep. 2, 69 *(nonnullis edd.* 3, 11*) ap.* Non. p. 373, 30. 299, 30

1 religiones *add. Da cl. § 1 et inst. 5, 20, 12,* stultitiam *Pf* **3** mimi *add. Da cl. inst. l. c.* **5** si sint *Hm* **7** prouidentia T, *corr. Pf* **13** primuli T, *corr. Hm*

titia esse debeat et non in omnibus. atquin nullus est
hominum ne infimorum quidem ac mendicorum, in
quem iustitia cadere non possit. sed quia ignorabant 7
quid esset, unde proflueret, quid operis haberet, sum-
mam illam uirtutem, id est commune omnium bonum
paucis tribuerunt eamque nullas utilitates proprias au-
cupari, sed alienis tantum commodis studere dixerunt.
nec immerito extitit Carneades homo summo ingenio et 8
acumine, qui refelleret istorum orationem et iustitiam,
quae fundamentum stabile non habebat, euerteret, non
quia uituperandam esse iustitiam sentiebat, sed ut illos
defensores eius ostenderet nihil certi, nihil firmi de ius-
titia disputare. | f. 43^r

51. Nam si iustitia est ueri dei cultus – quid enim 1
tam iustum ad aequitatem, tam pium ad honorem, tam
necessarium ad salutem quam deum agnoscere ut pa-
rentem, uenerari ut dominum eiusque legi et praeceptis
obtemperare? –, nescierunt ergo iustitiam philosophi,
quia nec ipsum deum agnouerunt nec cultum eius le-
gemque tenuerunt. et ideo refelli potuerunt a Carneade, 2
cuius haec fuit disputatio: nullum esse ius naturale; ita-

Inst.: 50, 7] *cf.* 5, 14, 19–20. 15, 1 ideo . . . efficeret 8] 5, 14, 3–5 51, 1 . . . obtemperare] *cf.* 5, 14, 11. 18, 14–16 1 nescierunt . . . tenuerunt] *cf.* 5, 14, 6. 12 2 . . . disputatio] 5, 16, 2 2 nullum . . . dicendam] 5, 16, 3

Auct.: **21** disputatio] *cf. quae extant* Cic. rep. 3, 8–31

Codd.: **14** *a c. 51 incipiunt* B *(et recc. inde descripti)*, P; *extant* BPT; *inscriptiones (etiam in* T *hic insertam) u. p. XXXIII sq.*

2 infimorum *Da;* infirmorum T, *ft. recte* **4** profluerent, *pr.* r *in ras.*, T, *corr. Pf* **5** communem T, *corr. Pf* **9** refelletsto |rum T, *corr. Pf* **14** nam *om.* P si *om.* B^1, *s.l. add.* B^3 enim *om.* P **16** deum *om.* P **17** dominum] deum T et] ut B^1, aut B^3 **20** carne adae T **21** naturae P

que omnes animantes ipsa ducente natura commoda
sua defendere et ideo iustitiam, si alienis utilitatibus
3 consulit, suas neglegit, stultitiam esse dicendam. quod-
si omnes populi, penes quos sit imperium, ipsique Ro-
mani, qui orbem totum possederint, iustitiam sequi ue-
lint ac suum cuique restituere, quod ui et armis occupa-
uerunt, ad casas et egestatem reuertentur. quod si fece-
rint, iustos quidem, sed tamen stultos iudicari necesse
4 est, qui, ut aliis prosint, sibi nocere contendant. deinde
si reperiat aliquis hominem, qui aut aurum pro orichal-
co aut argentum pro plumbo uendat per errorem, atque
f. 43v id emere necessitas cogat, utrum dissimulabit | et emet
paruo an potius indicabit? si indicabit, iustus utique di-
cetur, quia non fefellit, sed idem stultus, qui alteri fece-
5 rit lucrum, sibi damnum. sed facile de damno est. quid?
si uita eius in periculum ueniet, ut eum necesse sit aut
occidere aut mori, quid faciet? potest hoc euenire, ut
naufragio facto inueniat aliquem imbecillum tabulae in-
haerentem aut uicto exercitu fugiens reperiat aliquem
uulneratum equo insidentem; utrumne aut illum tabula
aut hunc equo deturbabit, ut ipse possit euadere? si uo-

Inst.: 51, 3 . . . reuertentur] 5, 16, 4 *(ad* iustitiam sequi uelint *cf.* 6, 9, 2*)* 3 quod si . . . contendant] *cf.* 5, 16, 3. 8 4] 5, 16, 7 5 . . . faciet] 5, 16, 8 et tamen . . . 9 iustus esse 5 potest . . . euadere] 5, 16, 10 . . . 11 effugere 5 si uolet . . . nocebit] 5, 16, 11 quod si . . . necesse est*; cf.* 16, 6

1 ducent T **2** *post* iustitiam *eras.* et B **3** consulet B^{1}, *corr.* B^{3} neclegit B^{1}, -et B^{3} **6** restituerint P **7** causas T **10** aurichalco P **12** cogit B, -get T dissimulauit B^{ac} T **12–13** et emet . . . si indicabit *om.* P **13** indicauit *utroque loco* B^{ac} T utique] itaque P^{ac} T **15** quid] quod B^{1} *(corr. m.2)* P **16** eius] illius P ueniat P eum] e *in eras.* c*?* B **17** uenire T **18** haerentem P **21** deturbauit B^{1}, *corr.* B^{2}

let iustus esse, non faciet, sed idem stultus iudicabitur,
qui dum alterius uitae parcit, suam prodet. si faciet,
sapiens quidem uidebitur, quia sibi consulet, sed idem
malus, quia nocebit.
52. Acuta ista sane, sed respondere ad ea facillime 1
possumus. immutatio enim nominum facit, ut sic esse
uideatur. nam et iustitia imaginem habet stultitiae, non
tamen stultitia est, et malitia imaginem sapientiae, non
tamen sapientia est. sed sicut malitia ista in conseruan- 2
dis utilitatibus suis intellegens et arguta non sapientia,
sed calliditas uel astutia est, ita et ius|titia non debet f. 44r
stultitia, sed innocentia nominari, quia necesse est et
iustum esse sapientem et eum qui sit stultus iniustum.
nam neque ratio neque natura ipsa permittit, ut is qui 3
iustus est sapiens non sit, quoniam iustus nihil utique
facit nisi quod rectum et bonum est, prauum et malum
semper fugit. quis autem discernere bonum et malum, 4

Inst.: 52, 1–10] 5, 16, 13–19, 1. 23, 3–5 *(nonnulla aliunde)* 52, 1 . . . sane] 5, 16, 13 . . . uenenata sunt 1 sed . . . possumus] 5, 17, 3 1 immutatio . . . uideatur] *cf.* 5, 14, 1. 17, 1. 19, 7 1 nam . . . sapientia est] *cf.* 6, 7, 2 2] *cf.* 5, 17, 31–33 3 . . . non sit] 5, 17, 25 . . . ratio 3 quoniam . . . 4 fuerit] 5, 17, 26 . . . sapiens

2 parcet B prodit PT **3** quidem sapiens B^{ac} *(ordo uerborum lineolis s.l. restitutus; u. p. XXXI sq.)* quia *ante* sibi] a *s.l. m.2* P consulit P **5** acutasta T sed *om.* P *post* ea *1 litt. eras.* P **6** esse *(deinde* t? *eras.)* uideantur P **8** tamen est stultitia B^1 *(ord. lineolis rest. m.2; u. ad 51, 5)*, *edd.* imagine P^1 *(corr. m.2)*; imaginem *(pr.* i *s.l.)* habet T **9** sed *om.* T militia P^1, *s.l. corr. m. rec.* **11** calliditas] auiditas P uel PT, *prob. Pe;* et B, *edd.*, *Br cl. inst. 5, 17, 32. 33* **12** et *om.* B **13** iustū *in ras. m.1* P **14** ratio|ne neq· T natura *s.l.* B^2 **15** est] esset T **17** discernere] *tert.* e *s.l. pro exp. et del.* n T

prauum et rectum potest nisi qui sapiens fuerit? stultus
autem male facit, quia bonum et malum quid sit igno-
rat, ideo peccat, quia non potest recta et praua discer-
nere. non potest igitur neque stulto iustitia neque inius-
5 to sapientia conuenire. ergo stultus non est, qui nec
tabula naufragum nec equo saucium deiecerit, quia se
abstinuit a nocendo, quod est peccatum; peccatum au-
6 tem uitare sapientis est. sed ut stultus prima facie ui-
deatur, illa res efficit, quod extingui animam cum cor-
pore existimant; idcirco omne commodum ad hanc ui-
7 tam referunt. si enim post mortem nihil est, utique
stulte facit, qui alterius animae parcit cum dispendio
suae aut qui alterius lucro magis quam suo consulit. si
mors animam delet, danda est opera, quo diutius com-
f. 44v modiusque uiuamus. si autem uita | post mortem super-
est aeterna et beata, hanc utique corporalem cum om-
nibus terrae bonis iustus et sapiens contemnet, qui scit,

Inst.: 52, 4 stultus ... discernere] 5, 17, 25 qui ... peccat 4 non potest igitur ... conuenire] 5, 17, 26 ita fit ... iniustus 5] 5, 17, 27; *cf.* 31 ... nocendo 6 ... existimant] 5, 18, 1 ... putant 6 idcirco ... referunt] — *(ft. conferas* 3, 11, 10. 12, 22*)* 7 ... uiuamus] 5, 18, 2 7 si autem ... recepturus] 5, 18, 3 si autem ... pensatur

1 *post* qui *eras.* a*?* P **2** et malum *in mg. m.2* P **4** igitur] ergo T stulto iniustitia P neque iusto T **5** ergo stultus] st. igitur T **6** *ante* equo *eras.* a*?* P **8** ut *s.l.* B **9** effecit P **10** aestimant T, *def. Da, Buen contra numerum* idcircoque *(*q· *m.2 in ras.), deinde 4 fere litt. eras.,* P **12** stulte] e *in ras. m.2* P cum] dum B[ac] **13** consulet B **14** delectanda *ex* delet danda *m.1?* P quo diutius B[1] *(cf. inst.), Buen post Isaeum;* quo iustius B[3]*;* quod | iustius T*;* quodius P*;* quo iucundius *Pf* **15** uitam P **16** beatam P **17** bonae, ae *in ras. m.2,* P sapiens] *post* n *eras.* i T qui] quia, a *s.l. m.1?,* P sciet B[3] T

quale a deo sit praemium recepturus. teneamus igitur 8
innocentiam, teneamus iustitiam, subeamus imaginem
stultitiae, ut ueram sapientiam tenere possimus. et si
hominibus ineptum uidetur ac stultum torqueri et mori
malle quam libare diis et abire sine noxa, nos tamen
omni uirtute omnique patientia fidem deo exhibere ni-
tamur. non mors terreat, non dolor frangat, quominus 9
uigor animi et constantia inconcussa seruetur. stultos
uocent, dummodo ipsi stultissimi sint et caeci et hebetes
et pecudibus aequales, qui non intellegunt esse morti-
ferum relicto deo uiuo prosternere se atque adorare ter-
rena, qui nesciunt et illos aeternam poenam manere, qui
figmenta insensibilia fuerint uenerati, et eos, qui nec
tormenta nec mortem pro cultu et honore ueri dei recu-
sauerint, uitam perpetuam consecuturos. haec est fides 10
summa, haec uera sapientia, haec perfecta iustitia. nihil
ad nos attinet, quid iudicent stulti aut quid homunculi

Inst.: 52, 8 ... possimus] *cf.* 7, 26, 8. 6, 17, 16 iustitiam teneamus; *ad* imaginem ... sapientiam *cf.* 4, 2, 3 8 et si ... nitamur] 5, 18, 8–12 9 ... seruetur] — *(cf.* 6, 17, 24; *ad* dolor frangat *cf.* 7, 12, 18, *ad* inconcussa 6, 25, 14*)* 9 stultos ... aequales] *cf.* 5, 12, 1 et cum ... ignari 9 qui non ... uenerati] *cf.* 5, 18, 13. 19, 1 9 et eos ... consecuturos] *cf.* 5, 18, 9 10 ... sentiant] — *(ad* perfecta iustitia *cf.* 6, 25, 16*)*

1 a deo] abeo B[1], *corr. m.2 uel 3* **3** stultitiae] e *s.l.* B et si *in ras.* P[2] **4** et *om.* P **5** malle] uelle B libare diis et T; libera˜| di se et B; liberare dĩ| sed P tam T **6** uirtute] *post* r *eras.* ui T deo *in ras.* P[2] **7** non *ante* dolor] nec B, ac nec P **9** stultissimi ... hebetes] sint st. et c. et h. P; sint heuetes et caeci T **12** aeternam *om.* P **13** uenerati] adorati T **14** morte T cultui T recusauerint] n *s.l.* B[3]; non recusauerunt T **15** fides *om.* P fidissimma *(sic, tert.* i *in ras. ex* u*)* B **16** haec uera sapientia *om.* T iustitia *in ras.* P, *om.* T **17** attinet *om.* P quid iudicent *et* aut *om.* T

f. 45r sentiant. nos iudi|cium dei expectare debemus, ut eos postmodum, qui de nobis iudicauerint, iudicemus.

1 53. Dixi de iustitia, quid esset. sequitur ut ostendam, quod sit uerum sacrificium dei, qui iustissimus ritus colendi, ne quis arbitretur aut uictimas aut odores aut dona pretiosa desiderari a deo, a quo si fames, si sitis, si algor, si rerum omnium terrenarum cupiditas abest, non ergo utitur his omnibus, quae templis diisque fictilibus inferuntur. sed sicut corporalibus corporalia, sic utique incorporali incorporale sacrificium necessa-
2 rium est, illis autem, quae in usum tribuit homini deus, ipse non indiget, cum omnis terra in ipsius sit potestate: non indiget templo, cuius domicilium mundus est, non indiget simulacro, qui est et oculis et mente incomprehensibilis, non indiget terrenis luminibus, qui solem cum ceteris astris in usum hominis potuit accendere.

Inst.: 52, 10 nos iudicium . . . iudicemus] *cf.* 5, 23, 3 iubet . . . puniat. 5 demus . . . praemium*; sed u. supra ad 48, 5* 53, 1–4] 6, 1, 2–2, 14*; cf.* 25, 1–16 53, 1 . . . esset] — 1 sequitur . . . colendi] 6, 1, 2 . . . oporteat 1 ne . . . inferuntur] *cf.* 6, 1, 5 . . . 6 indigere. 2, 1. 8 1 sed . . . est] *cf.* 6, 25, 2. 7 . . . uidentur 2] *cf.* 6, 2, 3–5. 25, 11. 7, 5, 3

Auct.: **13–15** *cf.* Min. Fel. 32, 1

2 iudicant iudicemus T **3** iustitia] *alt.* ti *s.l. m.2* P*;* -am, m *exp.,* T **4** dei *om.* P qui] qui sit T **5** odorẽ P **6** a quo BP *(deinde 1 litt. eras.);* quod T famis B **7** terrenorum P **8** adest T **9** corporalia] -le B **10** sic *om.* P incorporali *om.* B[1] P*;* incorporalibus *s.l.* B[3] **11** est . . . quae] est illi. quae autem B[2] *(post* illi *eras.* s, ' *distinctio add., ordo uocum* autem quae *lineolis s.l. mutatus)* hominibus P **12** in *om.* T **13–14** indiget *ante* templo *et ante* simulacro] *utroque loco* di *s.l.* T **15** luminibus] *pr.* i *s.l.* T **16** hominibus B

quid igitur ab homine desiderat deus nisi cultum mentis, 3
qui est purus et sanctus? nam illa, quae aut digitis fiunt
aut extra hominem sunt, inepta fragilia ingrata sunt.
hoc est sacrificium uerum, | non quod ex arca, sed quod f. 45v
ex corde profertur, non quod manu, sed quod mente
libatur; haec acceptabilis uictima est, quam de se ipso
animus immolauerit. nam quid hostiae, quid tura, 4
quid uestes, quid aurum, quid argentum, quid pretiosi
lapides conferunt, si colentis pura mens non est? sola
ergo iustitia est, quam deus expetit. in hac sacrificium,
in hac dei cultus est. de quo nunc mihi disserendum est
docendumque, in quibus operibus iustitiam necesse sit
contineri.

54. Duas esse humanae uitae uias nec philosophis 1
ignotum fuit nec poetis, sed eas utrique diuerso modo
induxerunt. philosophi alteram industriae, alteram inertiae esse uoluerunt, sed hoc minus recte, quod eas ad
sola uitae huius commoda rettulerunt. melius poetae, 2
qui alteram iustorum, alteram impiorum esse dixerunt,

Inst.: 3 . . . sanctus] 6, 1, 4. 2, 12 53, 3 nam . . . ingrata sunt] *cf.* 6, 25, 1 picta . . . potest 3 hoc . . . immolauerit] *cf.* 6, 25, 12 4 . . . non est] 6, 2, 9; *cf.* 6, 25, 4 . . . nescit 4 sola . . . cultus est] *cf.* 6, 25, 7 nulla . . . constat. 16 4 de quo . . . contineri] 6, 2, 14 54, 1–3] 6, 3, 1–4, 14 54, 1 . . . induxerunt] 6, 3, 1 1 philosophi . . . uoluerunt] *cf.* 6, 3, 2 . . . uitiorum 1 sed hoc . . . rettulerunt] 6, 3, 5 . . . 6 spectat. 9 . . . rettulerunt 2] 6, 3, 9 poetae . . . proposuerunt

2 quae] a *s.l. m.1?*, e *ex* i *(an in* i *mutata?)* B digitis] g *ex* c *ut uid., alt.* i *s.l.*, B **5** *post* manu *eras.* s*?* P **6** se *om.* T ipse P **7** immolat B **8** quid argentum quid aurum T **9** conferuntur P **10** hac] *utroque loco* a *ex* o *m.3* B; *alt.* hac *s.l.* P **11** est *post* disserendum *om.* B **17** rectae, a *eras.*, BP quod] d *in ras.* T eas ad sola] easola, la *s.l.*, P

sed in eo peccant, quod eas non in hac uita, sed apud
3 inferos esse aiunt. nos utique rectius, qui alteram ui-
tae, alteram mortis et hic tamen esse has uias dicimus.
sed illa dexterior, qua iusti gradiuntur, non in Elysium
f. 46^{r} fert, sed in caelum – immor | tales enim fiunt –, siniste-
rior ad Tartarum; aeternis enim cruciatibus addicuntur
iniusti. tenenda est igitur nobis iustitiae uia, quae ducit
4 ad uitam. primum autem iustitiae officium est deum
agnoscere eumque metuere ut dominum, diligere ut
patrem. idem enim, qui nos genuit, qui uitali spiritu
animauit, qui alit, qui saluos facit, habet in nos non
modo ut pater, uerum etiam ut dominus licentiam uer-
berandi et uitae ac necis potestatem, unde illi ab homine
5 duplex honos, id est amor cum timore debetur. se-
cundum iustitiae officium est hominem agnoscere uelut
fratrem. si enim nos idem deus fecit et uniuersos ad
iustitiam uitamque aeternam pari condicione generauit,
fraterna utique necessitudine cohaeremus; quam qui
6 non agnoscit, iniustus est. sed origo huius mali, quo

Inst.: 54, 3 . . . dicimus] 6, 3, 10–11 3 sed illa . . . Tartarum] 6, 4, 1; *ad* immortales *cf.* 6, 4, 11 3 aeternis . . . iniusti] 6, 4, 5 3 tenenda . . . uitam] — *(aliter* 6, 4, 10–14*)* 54, 4–55, 4] *ex* 5, 5–13 *et* 6, 9–11 *conflata; nonnulla aliunde* 54, 4] 6, 9, 1 . . . nescit. 24; *cf.* 4, 4, 11. 5, 18, 13–16 5] *cf.* 5, 6, 12. 22, 7 scit . . . coniunctos. 6, 10, 1–2 6 . . . nascitur] *cf.* 5, 8, 6 . . . copulatos. 6, 10, 8

2 alteram uitae *om.* T **3** esse has uias] h. u. e. B diximus B^{ac}, *s.l. corr. m.1* **4** gradientur B elypsium P **5** inmortalis B **7** igitur *om.* B **9** agnoscere] adgn- *(*d *del.)* ut parentem B **10** idem] em *in ras. m.2* P qui *ante* nos *om.* T uitali] *sup. alt.* i *eras.* ˜ *ut uid.* P *sup.* spũ *eras.* spiritu *ut uid.* P **12** dominus] dñs, s *in ras. m.2,* P **15** est *s.l. m.2* T uelut] ut P **16** nos *s.l.* B et] ut P **18** quam *om.* P **19** iniustus] *alt.* i *s.l. m.2* T

societas inter se hominum, quo necessitudinis uinculum
dissolutum est, ab ignoratione ueri dei nascitur. qui
enim fontem illum benignitatis ignorat, bonus esse
nullo pacto potest. inde est quod ex eo tempore, quo dii
multi consecrari ab hominibus colique coeperunt, fu-
gata, sicut poetae ferunt, iusti|tia diremptum est omne f. 46^{v}
foedus, dirempta societas iuris humani. tum sibi 7
quisque consulens ius in uiribus computare, nocere
inuicem, fraudibus adgredi, dolis circumscribere, com-
moda sua aliorum incommodis adaugere, non cognatis,
non liberis, non parentibus parcere, ad necem hominum
pocula temperare, obsidere cum ferro uias, maria in-
festare, libidini autem qua furor duxerat frena laxare,
nihil denique sancti habere, quod non cupiditas infanda
uiolaret. cum haec fierent, tum leges sibi homines 8
condiderunt pro utilitate communi, ut se interim tutos
ab iniuriis facerent. sed metus legum non scelera

Inst.: 54, 6 qui . . . potest] 6, 5, 18. 9, 1 . . . 2 bonitatis. 11, 9 fons benignitatis 6 inde . . . iustitia] 5, 5, 9 . . . uirgo. 5, 6, 10 6 diremptum . . . humani] 5, 5, 13 7 . . . laxare] 5, 9, 15–16 7 nihil . . . uiolaret] *cf.* 5, 9, 17 . . . profanent 8 . . . facerent] *cf.* 6, 9, 2 uel si . . . 3 utile 8 sed metus . . . submouebat] *cf.* 6, 9, 5

Auct.: **8** ius in uiribus] *cf.* Sall. hist. frg. 1, 18 Maurenbrecher

2 noscitur P^{1}, *s.l. corr.* P^{2} **4** ex *om.* B^{1} *(s.l. add. m.3)* P **5** consacrari T **6** *post* iustitia *add.* sicut, ut *eras.*, B diremptus B^{1}, diremptu˜ B^{3} *(*s *eras.);* direptum PT*; cf. inst.* **7** direpta B^{1} *(s.l. corr. m.3)* PT **8** consulere BP uiribus] iuribus T^{ac} **10** sualiorum B^{1}, *s.l. corr.* B^{3} aliorum commodis T cognatis] a *in ras. 3 fere litt. m.2* P **12** mari B **13** qua] qua uni P^{1}, uni *exp. et in mg. add.* rum P^{2}*;* quo *recc., edd.* furor *om.* P **14** sancti] cti *in ras.* P non . . . infanda] c. i. n. B **16** tutos] *pr.* t *s.l. m.2* P

comprimebat, sed licentiam submouebat. poterant enim
leges delicta punire, conscientiam munire non poterant.
9 itaque quae antea palam fiebant, clam fieri coeperunt,
circumscribi etiam iura, siquidem ipsi praesides legum
praemiis muneribusque corrupti uel in remissionem ma-
lorum uel in perniciem iustorum sententias uenditabant.
his accedebant dissensiones et bella et mutuae deprae-
f. 47r dationes et oppressis legibus saeuien|di potestas licen-
ter adsumpta.

1 55. In hoc statu cum essent humanae res, misertus
nostri deus reuelauit se nobis et ostendit, ut in ipso re-
ligionem fidem castitatem misericordiam disceremus, ut
errore uitae prioris abiecto simul cum ipso deo nosmet
ipsos, quos impietas dissociauerat, nosceremus legem-
que diuinam, quae humana cum caelestibus copulat,
tradente ipso domino sumeremus, qua lege uniuersi qui-

Inst.: 54, 8 poterant . . . poterant] *cf.* 5, 13, 7. ira 8, 9 9 . . . uenditabant] *cf.* 5, 9, 17 qui si . . . dimittant; *ad* sententias uenditabant *cf.* 5, 2, 3 9 his . . . adsumpta] *cf.* 5, 8, 6; *ad* saeuiendi potestas *cf.* 5, 5, 11 55, 1 . . . ostendit] *cf.* 5, 7, 1 1 ut in . . . disceremus] *cf.* 6, 10, 2 sed illud . . . nominatur 1 ut errore . . . nosceremus] *cf.* 3, 23, 9. 6, 10, 26 1 legemque . . . sumeremus] 6, 8, 6 . . . caelestis. 12 quibus . . . deo. 10, 2 . . . homine 1 qua . . . tollerentur] —

1 conprimebant, *alt.* n *exp.*, P *ante* licentiam *2 fere litt. eras.* P **2** punire *om.* P conscientiam munire BT; c. punire *recc., edd., Br cl. ira 8, 9;* licentiam p. P **3** itaque quae *recc., edd.;* ita|quae B, itaquae *(*a *exp.)* P, itaq· T antea PT; ante B, *edd.* fiebant clam fieri *om.* T **5** remissionem *Pf;* -e T; remuneratione BP **6** iustorum] bonorum T **7** his accedebant *om.* P **8** oppressis] i *ex* e P **9** adsumpta] d *in ras. m.3 ut uid.* B **10** misertus] m. est B; *post* r *eras.* i P **11** ut *in ras.* P^2 **13** errore *in ras.* P^2 **14** nosceremus] disc- B **15** humana] na *s.l. m.2?* P **16** tradentem T

bus inretiti fuimus errores cum uanis et impiis super-
stitionibus tollerentur. quid igitur homini debeamus, 2
eadem illa lex diuina praescribit, quae docet, quidquid
homini praestiteris, deo praestari. sed radix iustitiae et 3
omne fundamentum aequitatis est illud, ut non facias
quod pati nolis, sed alterius animum de tuo metiaris. si
acerbum est iniuriam ferre et qui eam fecerit uidetur
iniustus, transfer in alterius personam, quod de te sen-
tis, et in tuam, quod de altero iudicas, et intelleges tam
te iniuste facere, si alteri noceas, quam alterum, si tibi.
haec si mente uoluamus, innocentiam tenebimus, in qua 4
iustitia uelut primo gra|du insistit. primum est enim f. 47^v
non nocere, proximum prodesse. sed sicut in rudibus 5
agris, priusquam serere incipias, euulsis sentibus et om-
nibus stirpium radicibus amputatis arua purganda, sic
de nostris animis prius uitia detrahenda sunt et tunc
demum uirtutes inserendae, de quibus seminatae per
uerbum dei fruges uirtutis oriantur.

Inst.: 55, 2] 6, 10, 1   3] 6, 23, 32 nos . . . nolis   4 . . . insistit] *cf.* 5, 17, 21. 31. 22, 5 innocentiam . . . est. 6, 18, 12 . . . custodiat   4 primum . . . prodesse] *cf.* 6, 11, 2 ergo . . . necesse est   55, 5–57, 3] 6, 14, 2–17, 14. 19, 1–11 *(ordo mutatus;* 57, 1–3 *aliunde adnexa)*   55, 5] 6, 15, 8

1 errores, *alt.* e] *in ras. 3 fere litt. m.1* B; *ex* i *m.2* P   impiis] *tert.* i *s.l.* T   **2** igitur] enim B   **3** perscribit T   **4** prestare B   **5** facias] f. ulli *(ex* illut *m.1 uel 2)* B   **6** nol|lis B   mitiaris B^1, *corr.* B^3 **7** aceruum B^1, *corr.* B^2 **8–9** de] *utroque loco* in P   **9** intellegis BP   **10** si *ante* alteri] i *s.l.* T   **12** primo gradu insistit] in p. g. consistit B; in p. est g. institita *sic* P   **13** proximum] proximo sed *(*ose *in ras.,* d *s.l.)* B^2 prodeesse T, *om.* P *(in mg. non hoc, sed alia nota)*   sed] et *in ras.* B^2 si ut in P   **14** reuulsis P   omnium PT   **15** stirpum B   **17** uirtutes] e *ex* i *m.2* P   **18** uirtutis T, *Br cl. inst.;* immortalitatis B *(*inm-*)* P, *Pf neglegenter, edd.*

1 56. Tres adfectus uel ut ita dicam tres Furiae sunt,
quae in animis hominum tantas perturbationes cient et
interdum cogunt ita delinquere, ut nec famae nec peri-
culi sui respectum habere permittant, ira, quae uindic-
tam cupit, auaritia, quae desiderat opes, libido, quae
2 appetit uoluptates. his uitiis ante omnia resistendum
est, hae stirpes eruendae, ut uirtutes inseri possint. hos
adfectus Stoici amputandos, Peripatetici temperandos
putant, neutri eorum recte, quia neque in totum detrahi
possunt, siquidem natura insiti certam habent magnam-
que rationem, neque deminui, quoniam si mala sunt,
f. 48r carendum est etiam mediocribus, si bona, inte|gris ab-
3 utendum est. nos uero neque detrahendos neque mi-
nuendos esse dicimus. non enim per se mala sunt, quae
deus homini rationabiliter inseuit, sed cum sint utique

Inst.: 56, 1] 6, 19, 4 (*aliter* 13, 8–10. 15, 5–6) 2 ... possint] — (*sed cf.* 6, 15, 8) 2 hos ... recte] 6, 17, 9 itaque ... uolunt (*de metu*). 19, 1; *cf.* 6, 14, 7–15, 17 *de Stoicis,* 16, 1–11 *de Peripateticis* (*cf.* 15, 2) 2 quia ... rationem] *cf.* 6, 15, 9 2 neque ... abutendum est] 6, 16, 2 3 ... dicimus] *cf.* 6, 17, 9 itaque ... uolunt 3 non ... fiunt mala] *cf.* 6, 16, 7–8. 17, 14. 19, 5. 8 ... datus; *ad* deus ... inseuit *cf.* 6, 14, 8. 15, 3

1 ita *om.* PT Furiae] ae *s.l.* T sunt *om.* P **2** *sup.* hominum *add. 10 fere litt. minusc.* (sos, *deinde 5 fere in litura,* um) *m. post.* (*u. ad 2, 6*) T perturbationis P^1, *s.l. corr.* P^2 scient PT **3** cogunt] g *ex* c *m.2?* T fame PT^{ac} periculi] *pr.* i *s.l.* T **4** iram T uindictim T^{ac} (i *del.?,* a *s.l.*) **6** adpetit, d *s.l.*, T; adpetet B^1, *corr.* B^3 hiis T **7** *post* hae *eras.* c P seri BP possint] i *in ras. ex* e*? m.3* B **8** amputandos Peripatetici *om.* P **9** neuter, *alt.* e *s.l., deinde* i *del.*, B in totum *om.* B; tutum P^1, *corr.* P^2 **10** naturam, m *exp.*, B insitĩ T habent certam BP **11** diminui T **13** est *om.* P **15** inseruit B sit P

natura bona, quoniam ad tuendam uitam sunt attribu-
ta, male utendo fiunt mala. et sicut fortitudo, si pro 4
patria dimices, bonum est, si contra patriam, malum,
sic et adfectus, si ad usus bonos habeas, uirtutes erunt,
si ad malos, uitia dicentur. ira igitur ad coercitionem
peccatorum, id est ad regendam subiectorum discipli-
nam data est a deo, ut metus licentiam comprimat et
compescat audaciam. sed qui terminos eius ignorant,
irascuntur paribus aut etiam potioribus; inde ad im-
mania facinora prosilitur, inde ad caedes, inde ad bella
consurgitur. cupiditas quoque ad desideranda et con- 5
quirenda uitae necessaria tributa est. sed qui nesciunt
fines eius, insatiabiliter opes congerere nituntur; hinc
uenena, hinc circumscriptiones, hinc falsa testamenta,
hinc omnia fraudum genera eruperunt. libidinis autem 6
adfectus ad procreandos | liberos insitus et innatus est. f. 48^{v}
sed qui limites eius in animo non tenent, utuntur eo ad
solam uoluptatem; inde inliciti amores, inde adulteria et

Inst.: 56, 4 . . . dicentur] *cf.* 6, 14, 3–4 4 ira . . . audaciam] 6, 17, 8. 19, 6 irae . . . euadet 4 sed qui . . . consurgitur] 6, 19, 10 utuntur ira . . . nata sunt 5 . . . tributa est] 6, 19, 6 . . . necessaria 5 sed qui . . . eruperunt] 6, 19, 9 utuntur cupiditate . . . exorta sunt 6 . . . est] 6, 19, 6 libido . . . propagandam 6 sed qui . . . oriuntur] 6, 19, 9 utuntur libidine . . . extiterunt

1 bonia B^{ac} *(i eras.)* ad *s.l.* B **2** fiant B et *om.* B **3** dimicemus T malum] m. est B **4** habeat T **6** regendam] n *sup. exp.* m T **7** a deo *om.* T conprimat, i *ex* e *m.2?*, B **8–9** ignorat irascitur BP **10** proselitur P^{1}, *s.l. corr.* P^{2} **11** quoque] quod *ut uid.* B^{1}, uero B^{2} **13** congerere] *alt.* re *s.l. m.2* P **14** uenena] u *ex* b *m.2?* B **15** fraudium, i *s.l. m.2*, P genera] a *s.l.* P **16** liberos] filios B natus B **17** in *om.* BP utuntur] utin T **18** liciti B^{1}, in *s.l.* B^{2}; inlicent T

7 stupra, inde omnes corruptelae oriuntur. redigendi
sunt ergo isti adfectus intra fines suos et in uiam rectam
dirigendi, in qua, etiamsi sint uehementes, culpam ta-
men habere non possunt.
1 57. Cohibenda est ira, cum patimur iniuriam, ut et
malum comprimatur, quod ex certamine impendet, et
duas maximas uirtutes, innocentiam patientiamque, te-
neamus. auaritia frangatur, cum habemus quod satis
2 est. quis enim furor est in his coaceruandis laborare,
quae aut latrocinio aut proscriptione aut morte ad alios
3 necesse sit peruenire? libido extra legitimum torum
non euagetur, sed creandis liberis seruiat. appetentia
enim nimia uoluptatis et periculum parit et infamiam
generat et, quod est maxime cauendum, mortem ad-
quirit aeternam. nihil est enim tam inuisum deo quam
mens incesta et animus impurus.

Inst.: 56, 7 ... dirigendi] 6, 16, 11 ... rectam. 17, 9 sed ... dirigendus. 12; *cf.* 19, 11 7 in qua ... possunt] 6, 16, 9 licet ... caret. 11 ubi ... careat 57, 1 ... impendet] 6, 18, 17 non minus ... 18 tempestates. 23 mitigare iram; *cf.* 29–31 1 et duas ... teneamus] 6, 18, 26 ... detraxit 1 auaritia ... est] — (*ad* auaritia *cf.* 5, 5, 8. 7, 1, 13) 2] 6, 12, 34 ... subiaceas. 35 ... direptio 3 ... seruiat] 6, 23, 13. 17 3 appetentia ... aeternam] — (*ad* mortem ... aeternam *cf.* 6, 23, 20) 3 nihil ... impurus] —

1 corruptulae *sic,* a *s.l.,* B redigendo B^{ac} **2** in *om.* T **3** dirigendi] redig- B sunt B uehementius, *post* n *1 litt. eras.,* P **4** possint BP **5** *post* iniuriam *30 fere litt. eras.* P **8** habeamus, *alt.* a *s.l. m.2?,* B **9** furos T^{1}, *s.l. corr. m.2 uel post.,* T his] iis *Br* coar|guendis *ut. uid.* B^{1}, con|gerendis B^{2} laborare] ra *s.l.* P^{2} **10** aut ad morte P alienos P **11** sit] est P extra *om.* P **12** adpenitentiam B^{ac} (ni *et* m *eras.*) **13** nimiae P uoluptates P^{1}, *corr.* P^{2} *post* parit *eras.* er B **14** adquirat B^{ac} **15** enim *om.* P

Nec hac sola uoluptate abstinendum sibi quis putet, 4
quae capitur | ex feminei corporis copulatione, sed et f. 49^{r}
ceteris uoluptatibus sensuum reliquorum, quia et ipsae
sunt uitiosae et eiusdem uirtutis est eas contemnere.
oculorum uoluptas percipitur ex rerum pulchritudine, 5
aurium de uocibus canoris et suauibus, narium de odo-
re iucundo, saporis de cibis dulcibus; quibus omnibus
uirtus repugnare fortiter debet, ne his inlecebris inreti-
tus animus a caelestibus ad terrena, ab aeternis ad tem-
poralia, a uita immortali ad poenam perpetuam depri-
matur. in saporis et odoris uoluptatibus hoc periculum 6
est, quod trahere ad luxuriem possunt. qui enim fuerit
his deditus, aut non habebit ullam rem familiarem aut,
si habuerit, absumet et aget postmodum uitam detes-
tabilem. qui autem rapitur auditu – ut taceam de canti-

Inst.: 57, 4–58, 9] 6, 20, 1–22, 5 *(ordo mutatus)* 57, 4 . . . copulatione] — 4 sed et . . . contemnere] 6, 20, 1 . . . debent 5 . . . dulcibus] — *(haec partitio deest)* 5 quibus . . . deprimatur] *cf.* 6, 20, 5 sed . . . multaret. 21, 11–12. 22, 3–5 6 . . . possunt] *cf.* 6, 22, 1 6 qui enim . . . detestabilem] — *(aliter* 6, 12, 32–40*)* 6 qui autem . . . perturbent] *cf.* 6, 21, 1–3

1 hac] h *s.l.* P quis *om.* BP **2** quae] qui P corpus B^{1}, *corr.* B^{2} **3** sensum B^{1} *(corr. m.2)* T ipsae] ae *in eras. 1 uel 2 litt.* B^{3}, ae *ex* a P^{2} **4** sunt uitiosae] *pr.* s *s.l. m.3,* a *s.l. m.2?* B **6** aurium . . . suauibus *om.* T canoris] s *in ras. m.2* P suauitatibus, tati *s.l. m.3,* B **7** saporis] is *ex alia litt., uix* e, B*;* sapore P dulcioribus B quibus] bus *in ras.* P*;* quiis, *alt.* i *s.l.,* B **10** *post* a *eras.* d B *post* inmortali *1 litt. eras.* P perpetuam poenam B deprimatur] i *in ras. m.2 ex* e*?* P **11** uoluptate B hoc] in hoc P **12** luxuriam BP **13** his *in mg.* P **14** adsumet B^{1} *(corr. m.3)* T **15** rapitur *codd., def. Pe;* capitur *Brit 425 cl. inst. 6, 21, 3–4, Br* centibus, e *pro* a *s.l. m.2,* T*;* canticis P

bus, qui sensus intimos ita saepe deleniunt, ut etiam
statum mentis furore perturbent –, compositis certe ora-
tionibus numerosisque carminibus aut argutis disputa-
7 tionibus ad impios cultus facile traducitur. inde est
quod scriptis caelestibus, quia uidentur incompta, non
f. 49^{v} facile credunt, qui aut ipsi sunt di|serti aut diserta le-
gere malunt; non quaerunt uera, sed dulcia, immo illis
haec uidentur esse uerissima, quae auribus blandiuntur.
ita respuunt ueritatem, dum sermonis suauitate capiun-
8 tur. uoluptas uero quae spectat ad uisum multiformis
est. nam quae percipitur ex rerum pretiosarum pul-
chritudine, auaritiam concitat, quae aliena esse debet a
sapiente atque iusto; quae autem capitur de specie mu-
lierum, in alteram cadit uoluptatem, de qua iam supe-
rius locuti sumus.
1 58. Superest de spectaculis dicere, quae quoniam
potentia sunt ad corrumpendos animos, uitanda sapien-
tibus et cauenda sunt, tum, quod ad celebrandos deo-
2 rum honores inuenta memorantur. nam munerum

Inst.: 57, 6 compositis . . . traducitur] 6, 21, 4 . . . impellit; *cf.* 20, 27 *de scaena* 7] 6, 21, 4 inde . . . 5 insidit; *cf.* 5, 1, 9 nutant . . . 10 currentium. 15–18 8 . . . est] 6, 20, 6 . . . multiplex 8 nam quae . . . iusto] — (*aliter* 6, 20, 6 quae . . . delectabiles; *cf.* 2, 6, 3) 8 quae autem . . . sumus] *cf.* 6, 23, 5 58, 1 . . . cauenda sunt] 6, 20, 8–9. 33 . . . debent 1 tum . . . 2 uideatur] 6, 20, 33 sed . . . 36 celebrauit

14 superius] 56, 6. 57, 3

1 saepe] se T deleniunt ut B^{3} T; -liniuntur B^{1} (*u. ad 30, 4*); -liniunt ut B^{2} P **4** trans|ducitur B **6** qui] quia B **9** ita] it P suauitatem T **11** namque B^{ac} **14** iam *om.* T **17** potentia B^{1} P (*deinde 2 litt. eras.*) T; potentiora B^{2} animos] s *s.l.* P uetanda P **18** tunc P **19** honoris P^{1}, *corr.* P^{2} munerum] *alt.* m *s.l. pro eras.* a B; numerum T

editiones Saturni festa sunt, scaena Liberi patris est,
ludi uero circenses Neptuno dicati putantur, ut iam, qui
spectaculis interest, relicto dei cultu ad profanos ritus
transisse uideatur. sed ego de re malo dicere quam de 3
origine. quid tam horribile, tam taetrum quam hominis
trucidatio? ideo seuerissimis legibus uita nostra mu-
nitur, ideo bella execrabilia sunt. inuenit tamen con-
suetudo, | quatenus homicidium sine bello ac sine legi- f. 50^{r}
bus faciat, et hoc sibi uoluptas quod scelus uindicauit.
quodsi interesse homicidio sceleris conscientia est et 4
eidem facinori spectator obstrictus est cui et admissor,
ergo et in his gladiatorum caedibus non minus cruore
perfunditur, qui spectat, quam ille, qui facit, nec potest
esse immunis a sanguine, qui uoluit effundi, aut uideri
non interfecisse, qui interfectori et fauit et praemium
postulauit. quid? scaena num sanctior, in qua comoe- 5
dia de stupris et amoribus, tragoedia de incestis et
parricidiis fabulatur? histrionum etiam impudici ges- 6
tus, quibus infames feminas imitantur, libidines, quas

Inst.: 58, 3 . . . origine] — 3 quid . . . 4 postulauit] 6, 20, 10–14. 26 5] 6, 20, 27–28 6–7] 6, 20, 29–31

1 editionis P^{1}, *corr.* P^{2} festa] f *in ras. ex* u*?* B^{3} scaena] s *ante init. lin. add.*, e *in ras. m.2?* B **2** circenses] *alt.* c *s.l. m.2* P **3** profanos] fa *s.l.* P **4** malo] magis | malo P **6** *post* trucidatio *eras.* est B ideo] et i. P seuiris *sic* P **7** inuenit] in *s.l. m.1 uel 2* B **8** quatinus P **9** faciant, n *exp.*, B uimdicauit P^{1}, *corr.* P^{2}; uindicabit T **11** idem P^{1}, *s.l. corr.* P^{2} spectator] peccator T et *om.* P amissor P^{1}, *s.l. corr.* P^{2} **13** perfunditur] n *ex* m*?* B **15** interficisse P interfectori] *alt.* i *ex* e*? m.3?* B; f *ex* t*? m.2* P fauet P **16–17** in qua comoedia *om.* P^{1}, *in mg.* in qua -ae *sic* P^{2} **17** de *ante* stupris] di P sturisetamoris T **18** parricidis B fabula P histrionici B etiam] et P **19** infamis P^{1}, *corr.* P^{2} emitantur P^{1}, *corr.* P^{2}

saltando exprimunt, docent. nam mimus corruptelarum
disciplina est, in quo fiunt per imaginem, quae pudenda
7 sunt, ut fiant sine pudore, quae uera sunt. spectant
haec adulescentes, quorum lubrica aetas, quae frenari
ac regi debet, ad uitia et peccata his imaginibus erudi-
8 tur. circus uero innocentior existimatur, sed maior hic
furor est, siquidem mentes spectantium tanta efferuntur
insania, ut non modo in conuicia, sed etiam in rixas et
f. 50^v 9 proelia et contentiones saepe consurgant. | fugienda
igitur omnia spectacula, ut tranquillum mentis statum
tenere possimus, renuntiandum noxiis uoluptatibus, ne
deleniti suauitate pestifera in mortis laqueos ⟨et⟩ plagas
incidamus.

1 59. Placeat sola uirtus, cuius merces immortalis est,
cum uicerit uoluptatem. superatis autem adfectibus et
perdomitis uoluptatibus facilis in comprimendis ceteris

Inst.: 58, 8] 6, 20, 32   9 ... possimus] *cf.* 6, 20, 33 ... debent   9 renuntiandum ... incidamus] 6, 22, 5   59, 1–8] 6, 18, 1–10. 20, 15–26; *multa aliunde*   59, 1 ... uoluptatem] 3, 27, 13. 4, 25, 10   1 superatis ... sectator] 6, 18, 4 ... comprehensis

1 nam] nec T   minus P^1 *(s.l. corr. m.2)* T   **2** *post* disciplina *eras.* m P   imagine B^1, *s.l. corr.* B^3 pudenda] non B   **8** rixas et P, rixased T; rixas nec non et in B   **9** consurga˜ | tur B^1, *ras. corr. m.2 uel 3*   **10** igitur] ig *in ras. m.1* P   expectacula B   **11** possimus] i *in ras., ft. ex* u, P   renuntiandum] r. est P   noxiis] *alt.* i *s.l.* T   uoluntatibus P^1, *corr.* P^2 ne] de T^{ac} **12** deliniti B *(pr.* i *ex* e*)* P^{ac} laqueos et plagas *coni. Br cl. inst., Pe;* laqueos BP *(*o *s.l. pro* i*);* plagas T   **14** cuius] c *in eras.* h*? m.2* B   mercis B P^1 *(corr. m.2)*   immortalitas P, *quo neglecto idem coni. Br, ft. recte; cf. inst. 3, 27, 13, sed u. infra ad 67, 8*   **16** conpremendis P^1, *corr.* P^2 ceteris *om.* B^1, *s.l. add.* B^3

labor est ei, qui sit dei ueritatisque sectator. non male-
dicet umquam, qui sperabit a deo benedictionem, non
peierabit, ne deum ludibrio habeat, sed ne iurabit qui-
dem, ne quando uel necessitate uel consuetudine in per-
iurium cadat. nihil subdole, nihil dissimulanter loque- 2
tur; neque abnegabit quod spoponderit neque promittet
quod facere non possit; non inuidebit cuiquam, qui se
suoque contentus sit, nec detrahet aut male alteri uolet,
in quem forsitan beneficia dei proniora sunt. non fu-
rabitur nec omnino quidquam concupiscet alienum;
non dabit in usuram pecuniam – hoc est enim de alienis
malis lucra captare – nec tamen negabit, si quem neces-
sitas coget mutuari. non sit asper in filium neque in 3
seruum; meminerit, quod et ipse patrem habeat ac do-
minum. | ita cum his agat, quemadmodum secum agi f. 51^r

Inst.: 59, 1 non maledicet ... benedictionem] 6, 18, 10 maledicenti ... bonum 1 non peierabit ... cadat] — *(cf.* 5, 9, 8 periuri*)* 2 ... loquetur] *cf.* 6, 24, 15 2 neque abnegabit ... possit] *cf.* 6, 12, 11 2 non inuidebit ... alienum] *cf.* 5, 22, 6–10 2 non dabit ... mutuari] 6, 18, 7–9 3] —

Auct.: **2–5** non peierabit ... cadat] *cf.* Matth. 5, 33–36 **13–p. 94, 1** non ... uolet] *cf.* Eph. 6, 4–9. Col. 3, 21–4, 1

1 eis B^1, *corr.* B^3 ei qui sit *om.* PT, *dubitanter recepit Br* uiritas *(pr.* i *pro* e *m.2)* hisque sectatur P **2** sperauit PT **3** perierauit B^1, -bit B^2; peierat P^1, *corr.* P^2; peiorauit T ne *post* sed] nec *(*c *s.l. m.2)* T; *cf. ad 2, 5* iurauit BT **5** loquatur P **6** abnegauit B^1 *(corr. m.2)* T sponderit T promittit P^1, *corr.* P^2 **7** quicquam P se] est, s *in ras.*, t *s.l. m.2,* B **8** suoque] que *eras.* B sit *om.* B; est P **9** forsitam B **10** concupiscit B **11** usuram, m *in ras. m.2,* P, -a B; usu T de alienis *om.* T **12** capere T negauit B^1, *corr.* B^2 si] siquisi T quem] *post* qu *eras.* id? B **13** cogit B P^2 *(*i *s.l. pro exp.* e*)* *post* asper *1 litt. eras.* P

4 uolet. munera superabundantia non accipiat a tenuio-
ribus; nec enim iustum est augeri patrimonia locuple-
5 tium per damna miserorum. uetus praeceptum est non
occidere; quod non sic accipi debet, tamquam iubeamur
ab homicidio tantum, quod etiam legibus publicis uin-
dicatur, manus abstinere, ⟨sed⟩ hac iussione interposita
nec uerbo licebit periculum mortis inferre nec infantem
necare aut exponere nec se ipsum uoluntaria morte
6 damnare. item non adulterare; sed hoc praecepto non
solum corrumpere alienum matrimonium prohibemur,
quod etiam communi gentium iure damnatur, uerum
etiam prostitutis corporibus abstinere. supra leges enim
dei lex est; ea quoque quae pro licitis habentur uetat, ut
7 iustitiam consummet. eiusdem legis est falsum testi-
monium non dicere, quod et ipsum latius patet. nam si
falsum testimonium mendacio nocet ei, contra quem
dicitur, et fallit eum, apud quem dicitur, numquam igi-
tur mentiendum est, quia mendacium semper aut fallit

Inst.: 59, 4 . . . tenuioribus] 6, 18, 10 . . . paupere 4 nec . . . miserorum] — *(aliter* 6, 18, 10*)* 5 . . . interposita] 6, 20, 15 non enim . . . habentur. 17 5 nec uerbo . . . inferre] 6, 20, 16 neque uero . . . prohibetur 5 nec infantem . . . exponere] 6, 20, 18–25 5 nec se . . . damnare] *cf.* 3, 18, 6 quo nihil . . . 7 emitti 6 . . . abstinere] 6, 23, 15 nec tantum . . . praecipit 6 supra . . . consummet] 6, 23, 21 7] 6, 18, 4 non . . . 6 discordet *(deest* in otioso sermone*)*

1 superabundantiam T **4** non *ante* sic *om.*, *post* debet *s.l. add.* B **5** uindicetur B **6** sed hac *Cellarius (1698;* sed nec *uel* nec *priores);* hac *tantum* BPT, *sed cf. § 6* **7** nocebit P[1], *corr.* P[2] **8** *post* necare *1 litt. eras.* P nec] sed B[1], *corr.* B[2] **10** prohibemur] b *ex* u B[2]*;* e *ex* i P[2] **11** damnetur B **12** abstinere] re *s.l. m.2* P **13–14** ut | tiustitiam, *alt.* t *del. et exp.*, T **15** nam si] etsi, s *s.l.*, B **16** mendaci nocent P **17** et] t *s.l.* B*; om.* P et fallit . . . dicitur *om.* T

aut nocet. non est ergo uir iustus, qui etiam sine noxa in
otioso sermone mentitur. | huic uero nec adulari licet – 8 f. 51v
perniciosa est enim ac deceptrix adulatio –, sed ubique
custodiet 'ueritatem'. quae licet sit ad praesens insuauis,
tamen cum fructus eius atque utilitas apparuerit, non
'odium pariet', ut ait poeta, sed gratiam.

60. Dixi de iis quae uetantur. dicam nunc breuiter 1
quae iubentur. innocentiae proxima est misericordia. il-
la enim malum non facit, haec bonum operatur, illa
inchoat iustitiam, haec complet. nam cum imbecillior 2
sit hominum natura quam ceterarum animantium, quas
deus et instructas ad inferendam et munitas ad uim re-
pellendam figurauit, adfectum nobis misericordiae de-
dit, ut omne praesidium uitae nostrae in mutuis auxiliis
poneremus. si enim ficti ab uno deo et orti ab uno 3
homine consanguinitatis iure sociamur, omnem igitur
hominem diligere debemus. itaque non tantum inferre

Inst.: 59, 8 ... adulatio] — *(cf.* 1, 15, 13–14*)* 8 sed ... gratiam] *cf.* 6, 18, 5 in hac ... locus est; *u. supra ad 47, 5* 60, 1–9] 6, 10, 1–24. 12, 1–41 *(pauca aliunde)* 60, 1] — *(ad* misericordiae *cf.* 6, 10, 2 misericordia uel humanitas*)* 2] 6, 10, 3 3 ... debemus] 6, 10, 4 3 itaque ... innocentia] 6, 18, 11. 17 non minus ... inferre

Auct.: **4–6** Ter. Andr. 68

1 ergo] igitur P **2** adolari B **3** adolatio B **6** *post* gratiam *10 fere litt. eras.* B **7** de iis T^1 *ex* quiis; de his BP **8** innocentia B misericordiae B **9** *ante* haec *exp.* et B **10** inchoat B, incohat P, incoat T iustitia B^1, ˜ *ut uid. add.* B^2 complet] consummat, sum̃a *in ras.*, t *s.l. m.2*, P **11** hominum] ũ *in ras.* P **12** structas P ferendam T **12–13** repellendam uim *coni. Br, ft. recte numero meliore* **13–14** adfectum ... dedit *om.* T **14** *post* omne *1 litt. eras.* P auxiliis] u *s.l. m.2* P **15** ab ... orti *om.* P

iniuriam non oportet, sed ne inlatam quidem uindicare,
ut sit in nobis perfecta innocentia, et ideo iubet nos
4 deus etiam pro inimicis precem facere semper. ergo
animal commune atque consors esse debemus, ut nos
inuicem praestandis et accipiendis auxiliis muniamus.
f. 52r multis enim casibus et incommodis | fragilitas nostra
5 subiecta est. spera et tibi accidere posse quod alteri
uideas accidisse; ita demum excitaberis ad opem feren-
dam, si sumpseris eius animum, qui opem tuam in malis
6 constitutus implorat. si quis uictu indiget, impertia-
mus, si quis nudus occurrerit, uestiamus, si quis a po-
tentiore iniuriam sustinet, eruamus. pateat domicilium
nostrum uel peregrinis uel indigentibus tecto. pupillis
7 defensio, uiduis tutela nostra non desit. redimere ab
hoste captiuos magnum misericordiae opus est, aegros

Inst.: 60, 3 et ideo . . . semper] — *(sed cf.* 5, 10, 10 amici inimicis. 12, 4. 6, 10, 6. 19, 8 qui . . . irascamur*)* 4] 6, 10, 10 . . . sociale. 24–25*;* fragilitas . . . est] 6, 24, 9 5] *cf.* 6, 10, 10 itaque . . . negamus 6 . . . uestiamus] *cf.* 6, 11, 15. 12, 3 . . . 5 hospitalitas*; aliter* 32 6 si quis a . . . eruamus] — 6 pateat . . . tecto] 6, 12, 6 6 pupillis . . . desit] 6, 12, 21–23 7 . . . refouere] 6, 12, 16. 24 . . . est

Auct.: **2–3** iubet . . . semper] *cf.* Matth. 5, 44. Luc. 6, 27–28

1 non *om. m.1, in mg. add. m.2* B quidem *om.* P **3** *post* deus *3 litt. eras.* P pro inimicis *bis, pr. exp.,* B *post* facere *dist.* B *(m.2)* T, *post* semper P, *edd.* **4** concors PT **5** et accipiendis *om.* P **6** nostra *om.* T **7** accedere B **8** uideas *om.* B accidit B excitaberis] b *ex* u B[1] P[2] **9** opem tuam] operam T malumis, um *exp.,* T **10** uictum B **11** occurret T uestiamus] induamus P quis *ante* a] *deinde in fine lin. 1 litt. eras.* B *post* potentiore *eras.* m B **12** sustinet *om.* P pateat *ex* patiatur*?* P[2] **13** uel *ante* peregrinis] domicili, *sed exp.,* T tecto] esto *post distinctionem* P **14** tutella B **15** captiuum P

item ⟨et⟩ pauperes uisere atque refouere. inopes aut
aduenae si obierint, non patiamur insepultos iacere.
haec sunt opera, haec officia misericordiae, quae si quis
obierit, uerum et acceptum sacrificium deo immolabit.
haec litabilior uictima est apud deum, qui non pecudis 8
sanguine, sed hominis pietate placatur, quem deus, quia
iustus est, suamet ipsum lege, sua et condicione prose-
quitur; miseretur eius, quem uiderit misericordem, inex-
orabilis est ei, quem precantibus cernit immitem. ergo 9
ut haec omnia quae deo placent facere possimus, con-
temnenda est pecunia et ad caelestes transferenda the-
sauros, | ubi nec fur effodiat nec robigo consumat nec f. 52v
tyrannus eripiat, sed nobis ad aeternam opulentiam deo
custode seruetur.

61. Fides quoque magna iustitiae pars est, quae 1
maxime a nobis, qui nomen fidei gerimus, conseruanda

Inst.: 60, 7 inopes . . . iacere] 6, 12, 25 7 haec . . . immolabit] *cf.* 6, 12, 24 quod qui . . . aeternum 8 . . . placatur] *cf.* 5, 19, 30. 6, 25, 3; *ad* pietate *cf.* 6, 12, 25 (*aliter* 6, 12, 39–40) 8 quem . . . immitem] 6, 12, 41 9 . . . pecunia] *cf.* 6, 12, 33 . . . testantur; *ad* contemnenda est pecunia *cf.* 3, 21, 3 9 et ad . . . seruetur] 6, 12, 35 quid uerere . . . potest; *cf.* 24 quod alteri . . . aeternum 61, 1 . . . 6 officiis] *ex* 5, 19. 6, 17 *et aliis locis conflata* 61, 1] *cf.* 5, 19, 24; maxime . . . gerimus] 7, 26, 9; *ad* quia . . . homo *cf.* 2, 8, 17

1 item *om.* BP et *add. Br cl. inst.* pauperos B^1, *corr.* B^2 uisitare B fouere B inopis P^1, *corr.* P^2 **2** aduenae] aduenas, as *s.l. m.2 pro* e, P; pauperes B **3** sunt *s.l.* P^2 **4** obierit] perfecerit B; *u. ad 65, 8* instructus immolauit B^1 (*corr.* B^2) PT **5** litabilior T^1 B^2, let- P^1 T^2, laet- B^1 P^2 **7** *post* lege *eras.* m*?* B et *om.* PT **8** misericordiam T^{ac}, *s.l. corr.* T^1 *ut uid.* **11** caelestis P^1, *corr.* P^2 **12** fures (e *ex* i *m.2*) fodiant P rubigo BP **15** pars] s *s.l.* B **16** maximae B^{ac} T qui *s.l.* B

est, praecipue in religione, quia deus prior est et potior
2 quam homo. et si est gloriosum pro amicis, pro pa-
rentibus, pro liberis, id est pro homine suscipere mor-
tem et qui hoc fecerit diuturnam memoriam laudemque
consequitur, quanto magis pro deo, qui potest aeter-
3 nam uitam pro temporali morte praestare? itaque cum
inciderit eiusmodi necessitas, ut desciscere a deo atque
ad ritus gentium transire cogamur, nullus nos metus,
nullus terror inflectat, quominus traditam nobis fidem
custodiamus. deus sit ante oculos, deus in corde, cuius
interno auxilio dolorem uiscerum et adhibita corpori
4 tormenta superemus. nihil tunc aliud quam uitae im-
mortalis praemia cogitemus; ita facile, etsi dissipandi
aut urendi artus fuerint, tolerabimus uniuersa, quae in
5 nos tyrannicae crudelitatis amentia molietur. postremo
f. 53[r] ipsam mortem non inuiti | aut timidi, sed libentes et
interriti subire nitamur, cum sciamus, quali apud deum
gloria simus futuri triumphato saeculo ad promissa ue-
6 nientes, quibus bonis, quanta beatitudine breuia haec

Inst.: 61, 2] 5, 19, 25 3–4] *cf.* 6, 17, 5–9. 24–26. 7, 5, 27 add. 16 5 . . . 6 pensemus] *cf.* 6, 4, 17. 23, 39–40

1 potentior B **2** quam *om.* T **7** uti P disciscere B **8** nullos P[1], *corr.* P[2] **10** deus . . . deus] deus *(s.l. m.2)* habeatur P cuius] c. nos P **11** interno] ineterno, *pr.* e *s.l. m.2,* T dolor B et] atque P athibita T **11–12** corpori tormenta *om.* P **12** superentur B, -rabit P nihil] cuius n. P **12–13** uitae et immortalitatis praemium P **13** etsi] si P **14** aut urendi *om.* T **15** crudelitatis] dominationis B **16** aut timidi *(*t *s.l.)* sed libentis *(alt.* i *s.l. dubia) in ras.* B **17** interriti] *alt.* r *s.l.* BP nitamur] *post* t *1 litt. eras.* B; tinamur T[1] *(s.l. corr. m. rec. litt. maiusc.);* nitemur P cum] ut *in eras.* cum *m.3* B **17–18** quali . . . simus *om.* P[1], *in mg. add.* quali . . . sumus *sic* P[2] **18–19** triumphato . . . uenientes *om.* T **19** bonis] nobis P

poenarum mala et huius uitae damna pensemus. quodsi
facultas huius gloriae deerit, habebit fides etiam in pace
mercedem. teneatur ergo in omnibus uitae officiis, te-
neatur in matrimonio. non enim satis est, si aut alieno
toro aut lupanari abstineas. qui habet coniugem, nihil 7
quaerat extrinsecus, sed contentus ea sola casti et in-
uiolati cubilis sacramenta custodiat. adulter est enim
deo et incestus, qui abiecto iugo uel in liberam uel in
seruam peregrina uoluptate luxuriat. sed sicut femina 8
castitatis uinculis obligata est, ne aliud concupiscat, ita
et uir eadem lege teneatur, quoniam deus uirum et uxo-
rem unius corporis compage solidauit. ideo praecipit
non dimitti uxorem nisi crimine adulterii reuictam, ut
numquam coniugalis foederis uinculum nisi quod per-
fidia ruperit resoluatur. illud quoque ad consumman- 9
dam pudicitiam iungitur, ut non modo peccatum absit,
uerum | etiam cogitatio. pollui enim mentem quamuis f. 53v
inani cupiditate manifestum est, itaque iustum homi-
nem quod sit secus nec facere oportere nec uelle. pur- 10
ganda est igitur conscientia, quam deus peruidet, qui

Inst.: 61, 6 quodsi . . . officiis] — 61, 6 teneatur in . . . 62, 4 impertit] 6, 23, 13–25, 16 *(ordo mutatus)* 61, 6 teneatur . . . abstineas] *cf.* 6, 23, 13 . . . 15 praecipit 7] 6, 23, 23 8 . . . teneatur] 6, 23, 25. 29. 31 . . . 32 ferant 8 quoniam . . . solidauit] 6, 23, 15 docetque . . . efficere. 25 8 ideo . . . resoluatur] 6, 23, 33 adulterum . . . ducat 9] 6, 23, 34–36 10 . . . potest] 6, 24, 11. 20 . . . peruia est

Codd.: **3** *post* omnibus | uitae, *i. e. in initio l. 24 fol. 195*^{r}, *reliquis 5 lineis uacuis, desinit* P *sine subscriptione (in mg. dext. m. recentissima* caetera desunt*); hinc extant* BT

7 cubili T **10** *post* ne *eras.* c B **11** et *ante* uir *om.* B quoniam] quo B uirum et] ex uiro B **16** obsit T **18** manifestum est *om.* T ita T

falli non potest. emaculetur omni labe pectus, ut tem-
plum dei esse possit, quod non auri nec eboris nitor, sed
fidei et castitatis fulgor inlustret.
1 62. Sed enim haec omnia difficilia sunt homini nec
patitur condicio fragilitatis esse quemquam sine macu-
la. ultimum ergo remedium illud est, ut confugiamus ad
paenitentiam, quae non minimum locum inter uirtutes
habet, quia sui correctio est, ut, cum forte aut re aut
uerbo lapsi fuerimus, statim resipiscamus ac nos deli-
quisse fateamur oremusque a deo ueniam, quam pro
sua misericordia non negabit nisi perseuerantibus in er-
2 rore. magnum est paenitentiae auxilium, magnum so-
lacium. illa est uulnerum peccatorumque sanatio, illa
spes, illa portus salutis. quam qui tollit, uiam uitae sibi
amputat, quia nemo esse tam iustus potest, ut num-
3 quam sit ei paenitentia necessaria. nos uero, etiamsi
f. 54[r] nullum sit peccatum, confiteri tamen debemus deo et |
pro delictis nostris identidem deprecari, gratias agere
etiam in malis. hoc semper obsequium domino defera-
mus. humilitas enim cara et amabilis deo est. qui cum

Inst.: 61, 10 emaculetur . . . possit] *cf.* 6, 24, 5 ita . . . aboleuit. 25, 15. ira 24, 14 10 quod . . . inlustret] *cf.* 6, 25, 1–7 62, 1–2] *conflata ex* 6, 13, 2 deus . . . 5 potest. 24, 1. 4. 6. 8–10. 21–23; *ad* difficilia *cf.* 23, 40 3 . . . deprecari] 6, 25, 13 3 gratias . . . malis] 6, 25, 14 et nihilo . . . agat 3 hoc . . . deo est] *cf.* 6, 25, 12 humilitate . . . amittat 3 qui . . . sublimem] — *(sed cf.* 5, 15, 5*)*

Auct.: **20–p. 101, 2** *cf.* Luc. 18, 10–14

2 aeboris, b *ex* u *m.2,* B **3** inlustret BT *(*et *per ligaturam in fine lin.), Pe;* -rat *recc., edd., Br* **4** haec enim T **5** *post* condicio *eras.* ne B quemquam] e *ex* a *in ras. m.1 uel 2* B **9** labsi, b *ex* p *m.3,* B resipiscamus] si *et* s *final. (pro eras.* r*) s.l. m.1 ut uid.* T **12** paenitentia, *deinde eras.* e, B

magis suscipiat peccatorem confitentem quam iustum
superbum, quanto magis iustum suscipiet confitentem
eumque in regnis caelestibus faciet pro humilitate subli-
mem! haec sunt quae debeat cultor dei exhibere, hae 4
sunt uictimae, hoc sacrificium placabile, hic uerus est
cultus, cum homo mentis suae pignora in aram dei con-
fert. summa illa maiestas hoc cultore laetatur, hunc ut
filium suscipit eique idoneum praemium immortalitatis
impertit. de qua nunc mihi disserendum est et arguenda
persuasio eorum, qui extingui animas cum corporibus
arbitrantur. qui quia nec deum sciebant nec arcanum
mundi perspicere poterant, ne hominis quidem animae-
que rationem comprehenderunt. quomodo enim pos- 5
sent sequentia peruidere, qui summam non tenebant?
negantes igitur esse ullam prouidentiam utique deum,
qui fons et caput rerum est, negauerunt. sequebatur ut 6

Inst.: 62, 4 . . . confert] 6, 24, 26 . . . 29 ritus. 25, 16 4 summa . . . impertit] *cf.* 6, 25, 8 si . . . seruiet. 7, 1, 3 nisi . . . 4 contempserit; ut filium suscipit *deest; ad* praemium . . . impertit *cf.* 4, 25, 10. 7, 14, 2 62, 4 de qua . . . 9 adnuntiante] 7, 1, 4–4, 1 *(ordo mutatus, nonnulla aliunde)* 62, 4 de qua . . . est] *cf.* 7, 1, 4 4 et arguenda . . . arbitrantur] — *(aliter* 7, 1, 4*)* 4 qui quia . . . comprehenderunt] *cf.* 7, 2, 2–3. 7–11 5 . . . tenebant] *cf.* 7, 7, 1 5 negantes . . . negauerunt] *cf.* 7, 3, 26. ira 9, 6; *ad* fons . . . rerum *u.supra ad 2, 2* 6 . . . dicerent] 7, 1, 7 . . . mundum. 3, 20 . . . mundum; *cf.* 2, 10, 17 . . . fuisse semper

2 su* | cipiet, *in fine lin. 1 litt. eras. aut euan., uix* s, *potius* i, B **4** debet B exhibere] h *s.l.* B hae] haec T **6** pignera B in aram] iniram, ni *s.l.*, T **7** hoc cultore] occultore T **8** eique B^2 *(*ei *in ras.), edd. (nisi qui* sibi quia*), Pe;* atque *Br hoc m.1 scriptum sibi legere uisus; om.* T idoneum praemium] donum B **9** disserendum] m *s.l. m.3* B **12** prospicere T

ea, quae sunt, aut semper fuisse dicerent aut sua sponte
esse nata aut minutorum seminum conglobatione con-
creta. semper fuisse non potest, quod et est et uisui sub-
iacet; ipsum enim esse sine aliquo initio non potest. sua
f. 54^{v} sponte autem nihil | nasci potest, quia nulla est sine ge-
7 nerante natura. semina uero principalia quomodo esse
potuerunt, cum et semina ex rebus oriantur et uicissim
res ex seminibus? nullum igitur semen est, quod origi-
nem non habet. sic factum est, ut, cum putarent mun-
dum nulla prouidentia factum, ne hominem quidem pu-
tarent aliqua ratione generatum; quodsi nulla esset in
fingendo homine ratio uersata, immortalem igitur ani-
8 mam esse non posse. alii uero ex aduerso et deum esse
unum et ab eo mundum factum et hominum causa fac-
tum et animas esse immortales existimauerunt. sed cum
uera sentirent, huius tamen diuini operis atque consilii
nec causas nec rationes nec exitus perspexerunt, ut om-
ne ueritatis arcanum consummarent atque aliquo ueluti
9 fine concluderent. sed quod illi facere non potuerunt,

Inst.: 62, 6 aut sua ... concreta] 7, 3, 23 quod quia ... coeuntibus; *cf.* ira 10, 1 6 semper ... initio non potest] 7, 3, 20 omitto ... queunt. 11, 9 6 sua sponte ... 7 habet] *cf.* 7, 7, 8 *(aliter* 7, 3, 25–26; *cf. et* 2, 11, 13. ira 10, 3*)* 7 sic ... posse] *cf.* 7, 3, 13 8 ... existimauerunt] *cf.* 7, 3, 12. 14 8 sed ... concluderent] 7, 7, 1–5. 14–15 9] 7, 3, 14 nostrum ... potuerunt; *ad* qui ... adnuntiante *cf.* 7, 8, 10

1–3 dicerent ... fuisse *om.* T **3** non] dici non B et est et uisui] teste sui B **4** ipsum] et i. B **5** generante] nt *in ras.* *(ex* tion*?)* B **8** rexexe | minibus *sic* T **8–9** quod ... habet *om.* B^{1}, *in mg. suppl.* B^{3} **9** putaret B^{1}, *corr.* B^{2} **10** homine B^{1}, *corr.* B^{3} **11** generatũ, ũ *in ras. m.2?,* B **13** non *s.l. m.3* B alii] *alt.* i *s.l. m.3* B **15–16** sed ... sentirent *om.* B^{1}, *s.l.* sed cur ea senserint B^{3} **18** aliquo *om.* B **19** sed *s.l. m.3* B

quia ueritatem perpetuo non tenebant, nobis faciendum
est, qui eam cognouimus deo adnuntiante.
63. Consideremus ergo, quae ratio fuerit huius tanti 1
tamque immensi operis fabricandi. fecit deus mundum,
sicut Plato existimauit, sed cur fecerit, non ostendit.
'quia bonus est' inquit 'et inuidens nulli, fecit quae bona
sunt'. atquin uidemus in re|rum natura et bona esse et f. 55[r]
mala. potest ergo existere peruersus aliquis, qualis fuit 2
atheus ille Theodorus, et Platoni respondere: immo
quia malus est, fecit quae mala sunt. quomodo illum
redarguet? si quae bona sunt deus fecit, unde igitur ma-
la eruperunt, quae plerumque etiam praeualent bonis?
'in materia' inquit 'continebantur'. si mala, ergo et 3
bona, ut aut nihil fecerit deus aut, si bona tantum fecit,
aeterniora sinṭ mala, quae facta non sunt, quam bona,
quae habuerunt exordium. finem igitur habebunt, quae
aliquando coeperunt, et permanebunt, quae semper fue-
runt. mala ergo potiora sunt. si autem potiora esse 4

Inst.: 63, 1–64, 7] 7, 4, 2–8, 1 *(multa aliunde)* 63, 1 . . . fabricandi] 7, 4, 2 . . . fabricatum 1 fecit deus . . . ostendit] 7, 3, 12 1 quia . . . 5 mala] — *(ad* 1 atquin . . . mala *cf.* 7, 4, 11. 5, 7. 5, 27 add. 1 *et supra ad 24, 10)*

Auct.: **6–7** Plato, Tim. 29 e **13** *haec desunt ap. Platonem, ft. e Timaeo deriuata? cf. Pe ad l. et* Euseb. praep. eu. 7, 22, 1–64; *Lact. §§ 3–4 similia praesertim* Euseb. §§ 10–11. 21. 34–37. 43–47. 49 *('deus otiosus')*. 54 *('mala potiora')*

4 tamquam T operibus, bu *exp.*, B *post* fabricandi *spatium 10 fere litt.* B **6** est *om.* B fecit quae B, fecitq T **7** sunt] *in fine lin., ft. in ras., m.3* B **8** ergo *om.* T **9** atheus] t *ex* c *m.3* B ille] ille et B theudorus T et] e *del., s.l.* u *m.2,* T **11** *ante* mala *add.* tanta *Egnatius (1515), edd., etiam Pf, Br; om. Pe* **12** bonis praeualent B **14** ut *om.* B[1], *ins.* B[3] **15** sint] sunt T **17** quae *om.* T

non possunt, ne aeterniora quidem possunt. ergo aut
utraque semper fuerunt et deus otiosus aut utraque ex
uno fonte fluxerunt. est enim conuenientius, ut deus
omnia fecerit potius quam nihil. ergo secundum senten-
tiam Platonis idem deus et bonus est, quia bona fecit, et
5 malus, quia mala. quod si fieri non potest, apparet
non ideo factum esse a deo mundum, quia bonus est
[mundus]; omnia enim complexus est et bona et mala.
6 nec fiet propter se quidquam, sed propter aliud. do-
mus aedificatur non ad hoc solum, ut sit domus, sed ut
f. 55v susci|piat et tueatur habitantem. item nauis fabricatur
non ut nauis tantum uideatur, sed ut in ea possint ho-
mines nauigare. uasa item fiunt non ut uasa sint solum,
7 sed ut capiant ea, quae sunt usui necessaria. sic et
mundum deus ad usum aliquem fecerit necesse est. Stoi-
ci aiunt hominum causa factum, et recte. homines enim
fruuntur his omnibus bonis, quae mundus in se conti-
net. sed ipsi homines cur facti sint aut quid in illis utili-
tatis habeat fabricatrix illa rerum prouidentia, non ex-
8 plicant. immortales esse animas idem Plato adfirmat.
sed cur aut quomodo aut quando aut per quem immor-
talitatem adsequantur aut quod sit omnino tantum illud
mysterium, cur ii, qui sunt immortales futuri, prius
mortales nascantur, deinde decurso temporalis uitae

Inst.: 63, 5 nec fiet . . . 7 est] 7, 4, 4–8 7 Stoici . . . recte] 7, 3, 13 . . . effectus est. 4, 2. 7, 9 . . . loquuntur 7 homines . . . continet] 7, 4, 9–10. 5, 3 . . . utitur 7 sed . . . explicant] 7, 3, 14–15; *cf.* 7, 5, 1–2 8 . . . mysterium] 7, 7, 12 . . . disputauerunt. 8, 2; *cf.* 9, 1 8 cur ii . . . transferantur] *cf.* 7, 5, 22–26; *ad* beatitudinem *cf.* 3, 12, 34–35. 7, 22, 8

2–3 utraquaeex | uno T **7** bonum T **8** mundus *del. Fr, recte ut uid.; cf. tamen Heck (1972) 69 n. 59* est *om.* B **9** fiet] fecit B **11** frabricatur, *pr.* r *exp.*, T **17** his] iis *Br* **18** sint B (i *ex* u); sunt T **23** ii] hi B

spatio atque abiectis fragilium corporum exuuiis ad
aeternam illam beatitudinem transferantur, non com-
prehendit. denique nec iudicium dei nec discrimen iusti 9
et iniusti explicauit; sed animas, quae se sceleribus im-
merserint, hactenus condemnari putauit, ut in pecudi-
bus renascantur, et ita peccatorum suorum luere poe-
nas, donec rursus ad figuras hominum reuertantur, | et f. 56r
hoc fieri semper nec esse finem transmeandi. ludum
mihi nescio quem inducit somnio similem, cui nec ratio
ulla nec dei gubernatio nec consilium aliquod inesse ui-
deatur.

64. Dicam nunc, quae sit illa summa, quam ne ii 1
quidem, qui uera dixerunt, collatis in unum causis at-
que rationibus conectere potuerunt. factus est a deo
mundus, ut homines nascerentur; nascuntur autem ho-
mines, ut deum parentem agnoscant, in quo est sapien-
tia; agnoscunt, ut colant, in quo est iustitia; colunt, ut
mercedem immortalitatis accipiant; accipiunt immorta-
litatem, ut in aeternum deo seruiant. uidesne, quem- 2
admodum sibi conexa sint et prima cum mediis et me-

Inst.: 63, 9 ... explicauit] — (*ad* iudicium dei *cf.* 7, 9, 1) 9 sed ... transmeandi] *cf.* 3, 19, 19–20. 7, 22, 19. 23, 2 9 ludum ... uideatur] *cf.* 7, 3, 24 64, 1 ... summa] 7, 6, 1 ... signemus 1 quam ... potuerunt] 7, 7, 1. 14 1 factus ... seruiant] 7, 6, 1 idcirco ... seruiamus; *cf.* 7, 5, 27; sapientia] *cf.* ira 13, 23 *et supra 44, 2;* iustitia] *u. supra ad 53, 4* 2] — (*cf.* 7, 6, 9–7, 1)

Auct.: **4–7** *cf.* Plato, Tim. 42 b-c. 90 e

1 exuuiis] *alt.* u *ex* b B **4** se *om.* T **5** actenus B[1] (*s.l. corr. m.3?*) T **7** reuertantur] *pr.* t *s.l. m. rec.* T **10** aliquot T **12** nec hi B; *ft.* nec ii *scribendum; cf. ad 2, 5* **14** est *om.* B **16–17** in quo ... agnoscunt *om.* B **17** iustitia est B **19** in ... deo] aeternodõ, *i. e.* aeterno deo T **20** sunt T

dia cum extremis? inspiciamus singula et uideamus,
3 utrumne illis ratio subsistat. fecit deus mundum prop-
ter hominem. hoc qui non peruidet, non multum distat
a pecude. quis caelum suspicit nisi homo? quis solem,
quis astra, quis omnia dei opera miratur nisi homo?
quis colit terram? quis ex ea fructum capit? quis nauigat
mare? quis pisces, quis uolatilia, quis quadrupedes ha-
bet in potestate nisi homo? cuncta igitur propter ho-
minem deus fecit, quia usui hominis cuncta cesserunt.
f. 56v 4 recte ergo uiderunt hoc philosophi, sed illud quod | se-
quitur non uiderunt, quod ipsum hominem propter se
fecerit. erat enim consequens et pium et necessarium,
ut, cum hominis causa tanta opera molitus sit, cum tan-
tum illi honoris, tantum dederit potestatis, ut domine-
tur in mundo, et homo agnosceret deum tantorum be-
neficiorum auctorem, qui et ipsum fecit et mundum
propter ipsum, eique cultum et honorem debitum red-
5 deret. hic Plato aberrauit, hic perdidit quam primo
arripuerat ueritatem, cum de cultu eius dei, quem 'con-
ditorem rerum ac parentem' fatebatur, obticuit nec in-

Inst.: 64, 3] *cf.* 7, 4, 10. 18–19; *ad* non multum . . . pecude *cf.* 3, 8, 6   4 . . . fecerit] 7, 5, 1–3   4 erat . . . redderet] *cf.* 7, 5, 3–6. 9–11   5 . . . intellexit] *cf.* 4, 4, 6 *(ubi locus Platonis aliter laudatur, sed cf.* 6, 9, 14. ira 10, 53*)*. 5, 14, 13

Auct.: **19–20** Plato, Tim. 28 c

1 inspiciantur B   **2** ratio *(post finem lin. m.3)* | quoque subsistat *(post* a *eras.* n*)* B   **3** uidetper, *lineolis s.l. (u. ad 51, 5) corr.*, B   **4** suspiciat B   qui *(supra* q *1 uel 2 litt. eras.)* solem B   **5** qui omnia B   opera dei B   **9** usui *(m.3 ex* ut suã*?)* homini *(alt.* i *ex* ũ*?)* B   **12** et necessarium et pium, *ord. lineolis rest. (ut 51, 5)*, B   **13** tantam *(*m *s.l. m.3)* operam B   **13–14** tantum illi honoris *om.* B^1, *s.l.* tantos illi honores B^3 **15** deum] dominum B   **16** qui et *om.* B   **18** primum B

tellexit hominem deo pietatis uinculis esse religatum,
unde ipsa religio nominatur, et hoc esse solum, propter
quod immortales animae fiant. sensit tamen aeternas 6
esse, sed non per gradus ad eam sententiam descendit.
amputatis enim mediis incidit potius in ueritatem quasi
per abruptum aliquod praecipitium nec ulterius pro-
gressus est, quoniam casu ad eam, non ratione per-
uenerat. colendus est igitur deus, ut per religionem, 7
quae eadem iustitia est, accipiat homo a deo immorta-
litatem, nec est ullum aliud praemium piae mentis; quae
si est inuisibilis, non potest ab in|uisibili deo nisi in- f. 57^{r}
uisibili mercede donari.

65. Plurimis uero argumentis colligi potest aeternas 1
esse animas. Plato ait, quod per se ipsum semper moue-
tur nec principium motus habet, etiam finem non ha-
bere; animum autem hominis per se semper moueri; qui
quia sit ad cogitandum mobilis, ad inueniendum sollers,
ad percipiendum facilis, ad discendum capax et quia

Inst.: 64, 5 hominem ... fiant] 3, 12, 25–27; unde ... nominatur] 4, 28, 3 ... accepit 6] 7, 7, 12 ... doctrina. 8, 2 7 ... mentis] *cf.* 7, 5, 27. 8, 1 *et supra ad § 1* 7 quae si ... donari] *cf.* 7, 9, 2. 7. 13, 11 65, 1–6] 7, 8, 4–9, 18. 13, 1–8 65, 1 ... animas] *cf.* 7, 9, 1 ... colligemus 1 Plato ... concretum] 7, 8, 4 ... 6 admixtum

Auct.: **14–16** Plato, Phaedr. 245 c-e; *cf.* Cic. rep. 6, 27. Tusc. 1, 53 **16–p. 108, 4** *cf.* Cic. Tusc. 1, 66

1 pietatis] potestatis B **5** amputatis] ti *in ras.* B **7–8** casu ... peruenerat B *numero meliore;* casu | non ratione uerum inuenerat T, *edd., Br cl. inst. 7, 7, 14, sed cf. 4, 27, 20* **10** alium B^{1}, *corr.* B^{3} piae *om.* B^{1}, *s.l.* B^{3} merentis B^{ac} *(*re *eras.)* quae] quia B^{1}, *corr.* B^{3} **11** nisi inuisibili *om.* T **15** habeat B habere] here B^{1}, be *s.l. in ras.* B^{3} **18** dicendum T quia] qui B

praeterita teneat, praesentia comprehendat, futura pro-
spiciat multarumque rerum et artium scientiam com-
plectatur, immortalem esse, siquidem nihil habeat in se
2 de terreni ponderis labe concretum. praeterea ex uirtu-
te ac uoluptate intellegitur aeternitas animae. uoluptas
omnibus est communis animalibus, uirtus solius est ho-
minis; illa uitiosa est, haec honesta, illa secundum na-
turam, haec aduersa naturae, nisi anima immortalis est.
3 uirtus enim pro fide, pro iustitia nec egestatem timet
nec exilium metuit nec carcerem perhorrescit nec dolo-
rem reformidat nec mortem recusat; quae quia naturae
contraria sunt, aut stultitia est uirtus, si et commoda
impedit et uitae nocet, aut, si stultitia non est, ergo ani-
f. 57v ma immortalis est et ideo praesentia bona contemnit, |
quia sunt alia potiora, quae post dissolutionem corporis
4 sui adsequatur. illud etiam maximum argumentum im-
mortalitatis est, quod deum homo solus agnoscit. in
mutis nulla suspicio religionis est, quia terrena sunt in
terramque prostrata; homo ideo rectus aspicit caelum,
ut deum quaerat. non potest igitur non esse immortalis,
qui immortalem desiderat, non potest esse solubilis, qui
5 cum deo et uultu et mente communis est. denique

Inst.: 65, 2–3] 7, 9, 15–18; *ad* 3 pro fide ... iustitia *cf.* 3, 27, 12. 5, 13, 17. 6, 12, 23. 7, 11, 4 4] 7, 9, 10–12 5] 7, 9, 13–14

2 articum, c *del. m. rec.*, T scientiam] m *s.l. m.3* B **6** est *post* omnibus] *nihil nisi* e *eras.* B communis animalibus] *lineolis s.l. (u. ad 51, 5) transpos.* B **7** naturam] m *s.l. m.3* B **9** *post* iustitia *eras.* m B **15** quia] i *s.l.* B **16** etiam] enim B **17** solus homo T *contra numerum* agnoscit] s *s.l.* B **18–19** sunt in terramque *in ima pag. euan., ft. paucae litt. eras.*, B **19** caelum aspicit B **20** non *ante* potest] an B **21** solubilis] *post* u *eras.* i T **22** denique] dēī·quie *(alt.* i *ex* a *ut uid. m.2?), i. e.* dei qui e B

caelesti elemento, quod est ignis, solus homo utitur. si
enim lux per ignem, uita per lucem, apparet eum qui
habeat usum ignis non esse mortalem, quoniam id illi
proximum, id familiare est, sine quo non potest nec lux
nec uita constare. sed quid argumentis colligimus 6
aeternas esse animas, cum habeamus testimonia diuina?
id enim sacrae litterae ac uoces prophetarum docent.
quod si cui parum uidetur, legat carmina Sibyllarum,
Apollinis quoque Milesii responsa consideret, ut intellegat delirasse Democritum et Epicurum et Dicaearchum, qui soli omnium mortalium quod est euidens
negauerunt.

Confirmata immortalitate superest docere, a quo et 7
quibus et quomodo et quando tribuatur. | cum certa et f. 58r
constituta diuinitus tempora compleri coeperint, interitum et consummationem rerum fieri necesse est, ut innouetur a deo mundus. id uero tempus in proximo est,
quantum de numero annorum deque signis, quae praedicta sunt a prophetis, colligi potest. sed cum sint 8

Inst.: 65, 6 . . . uidetur] *cf.* 7, 13, 1–2 6 legat . . . consideret] *cf.* 7, 13, 5–6 6 ut . . . negauerunt] 7, 13, 7–8; *cf.* 3, 17, 34. 7, 8, 8 65, 7–66, 10] 7, 14, 1–17, 11 *(ordo mutatus, pauca aliunde)* 65, 7 . . . tribuatur] 7, 14, 1 . . . tribuatur 7 cum . . . mundus] 7, 14, 6 quo . . . reformari. 15 7 id . . . proximo est] 7, 14, 3 cuius . . . ostendam. 25, 6 . . . fore 7 quantum . . . potest] 7, 25, 4 8 . . . dicta sunt] 7, 14, 4 . . . ornatus

1 est *om.* B^1, *s.l. add.* B^3 ignis] s *in ras. m.3* B **3** ignis] in his B^1, *corr.* B^3 id *ante* illi] *in ras.* B^2; *om.* T **9** Apollinis] *pr.* i *in ras.* B Milesii] i *final. ex* si? B; *supra alt.* i *m.2* h T consideret] t *s.l. m.2?* B **10** dicearcum B **11** mortalium *om.* T **14** et quomodo *om.*, quibus et quando *euan.* B **15** ceperint T **16** rerum *om.* T **18** praedicata T **19** sunt] sint B^1, *corr.* B^2 sint *om.* T

innumerabilia, quae de fine saeculi et conclusione tem-
porum dicta sunt, ea ipsa quae dicuntur nuda ponenda
sunt, quoniam ut testimoniis utamur immensum est. si
quis illa desiderat aut nobis minus credit, adeat ad
ipsum sacrarium caelestium litterarum, quarum fide in-
structior errasse philosophos sentiat, qui aut aeternum
esse hunc mundum aut infinita esse annorum milia
9 putauerunt, ex quo fuerit instructus. nondum enim sex
milia completa sunt; quo numero consummato tunc de-
mum malum omne tolletur, ut regnet sola iustitia. quod
quatenus euenturum sit, paucis explicabo.
1 66. Haec autem a prophetis, sed et a uatibus futura
dicuntur. cum coeperit mundo finis ultimus propinqua-
re, malitia inualescet, omnia uitiorum et fraudum ge-
nera crebrescent, iustitia interibit, fides pax misericor-
dia pudor ueritas non erit, uis et audacia praeualebit,
f. 58v nemo quidquam | habebit nisi manu partum manuque
2 defensum. si qui erunt boni, praedae ac ludibrio ha-
bebuntur. nemo pietatem parentibus exhibebit, nemo

Inst.: 65, 8 ea . . . credit] — 8 adeat . . . instructior] *cf.* 7, 14, 5. 7 . . . continetur 8 errasse . . . instructus] 7, 14, 4 . . . ornatus 9] 7, 14, 6. 11 . . . 12 explicabo 66, 1 . . . dicuntur] 7, 14, 15–17. 18, 1 1 cum . . . defensum] 7, 15, 7–9 2 . . . 3 fiet] *ex* 7, 17, 9 *et* 15, 10 . . . 11 prosternens *et* 15, 16 *conflata*

4 nobis minus] nouissimus T ad *exp. m.3 ut uid.* B **5** ipsum *om.* B instructus T*; u. Br ad l.* **6** errasse] *pr.* r *s.l. m. rec.* T **8** fuerint, n *exp. et del.*, T instructus *ex* instructior *inrepsisse putat Br, qui mauult* effectus *cl. inst. 7, 14, 4, sed cf. supra 60, 7* obierint *et* obierit **10** tollatur T **11** uenturum T **12** et a] ut T **16** praeualebit] b *ex* u T **17** manu] male B **18** ludibrio] r *s.l. m.3* B **19** exhibebit] hi *in fine lin. in ras. m.2* B

infantis aut senis miserebitur, auaritia et libido uniuersa
corrumpet. erunt caedes et sanguinis effusiones, erunt
bella non modo externa et finitima, uerum etiam intes-
tina. ciuitates inter se belligerabunt, omnis sexus et om-
nis aetas arma tractabit. non imperii dignitas con- 3
seruabitur, non militiae disciplina, sed more latrocinii
depraedatio et uastitas fiet. regnum multiplicabitur et
decem uiri occupabunt orbem et partientur et deuora-
bunt et existet alius longe potentior ac nequior, qui tri-
bus deletis Asiam possidebit et ceteris in potestatem
suam redactis et adscitis uexabit omnem terram. nouas
leges statuet, ueteres abrogabit; rem publicam suam fa-
ciet, nomen imperii sedemque mutabit. tunc erit tempus
infandum et execrabile, quo nemini libeat uiuere. de- 4
nique in eum statum res cadet, ut uiuos lamentatio,
mortuos gratulatio sequatur. ciuitates et oppida inter-
ibunt modo ferro et igni, modo terrae motibus crebris,
modo aqua|rum inundatione, modo pestilentia et fame. f. 59r
terra nihil feret aut frigoribus nimiis aut caloribus ste-
rilis. aqua omnis partim mutabitur in cruorem, partim

Inst.: 66, 3 regnum . . . uiuere] 7, 16, 1 in primis . . . 5 iucunda 4 . . . sequatur] 7, 16, 12 gratulabuntur . . . plangent 4 ciuitates . . . salubre] 7, 16, 5 eruentur . . . 8 pisces

1 infantes aut senes B^{ac}, *corr. m.2?* **2** corrempeṭ B **4** omnes sexus B^{ac}, *corr. m.2?* **5** tractabunt, b *ex* u*?*, B **6** *post* disciplina *eras.* e B **8** et *post* orbem *om.* T partientur] rt *in ras. 3 fere litt.* B uorabunt B; *cf. inst.* **9** alius *om.* B **10** et *om.* B potestate sua *(sup.* a *eras.* ˜ *ut uid.)* B **11** adscitis] d *s.l. m.3?* B uexauit B^1, *corr.* B^2 **12** abrogauit B^1, *corr.* B^2 **13** mutauit B^1T, *corr.* B^2 **14** quo . . . uiuere *om.* T neminem B, *corr. recc., edd.* **19** rigoribus B sterelis B **20** cruore T

in amaritudinem uitiabitur, ut nihil sit nec ad cibos utile
5 nec ad potum salubre. his malis accedent etiam
prodigia de caelo, ne quid desit hominibus ad timorem.
cometae crebro apparebunt, sol perpetuo pallore fus-
cabitur, luna sanguine inficietur nec amissae lucis dam-
na reparabit, stellae omnes decident nec temporibus sua
6 ratio constabit, hieme atque aestate confusis. tunc et
annus et mensis et dies breuiabitur; et 'hanc esse mundi
senectutem ac defectionem' Trismegistus elocutus est.
quae cum euenerint, adesse tempus sciendum est, quo
7 deus ad commutandum saeculum reuertatur. inter
haec autem mala exsurget rex impius non modo generi
hominum, sed etiam deo inimicus. hic reliquias illius
prioris tyranni conteret cruciabit uexabit interemet.
tunc erunt lacrimae iuges et gemitus perpetes et ad

Inst.: 66, 5 . . . 6 breuiabitur] 7, 16, 8 prodigia . . . 10 appareat 6 et hanc . . . elocutus est] *cf.* 7, 14, 16, *ubi Hermes non laudatur* 6 quae . . . reuertatur] — *(aliter* 7, 17, 1 . . . 2 cultum; *cf.* 7, 14, 3 cuius . . . inrogetur. 6 quo . . . reformari*)* 7 . . . interemet] 7, 17, 2 alter . . . deleat 7 tunc . . . redigetur] 7, 16, 12 . . . 14 centum

Auct.: **5–6** luna . . . reparabit] *cf.* Hor. carm. 4, 7, 13 **8–9** CH II 329, 24 (Ascl. 26) Nock-Festugière

1 in amaritudinem *recc., edd.;* in -e B; -em *(*in *om.)* T uitiauitur B^1, *corr.* B^2 **2** potu T salubre] ubr *in ras. plur. litt.* B **2–3** etiam . . . desit *in ima pag. euan. praeter* prodigia *et* de *(s.l. m.1?)* B **3** ne quid] necquit T **4** comitae B^1, *corr.* B^3 *ut uid.* fuscabitur] bi *s.l.* B **5** luna . . . inficietur] lunam color sanguinis ob|umbrabit B **6** reparauit B^1T, *corr.* B^2 **7** aestate] s *s.l. m.2?* T confusi T **8** et *ante* hanc *expunctum uid. in* B **9** trismegestus B **10** uenerint B quo] quod T **12** genere B^1, *corr.* B^3 **14** prioribus T interemet B^1 *(alt.* e *del. et s.l.* i *m.3, unde* -imet *recc., edd.)* T **15** iugis B^1, *corr.* B^2

deum cassae preces, nulla requies a formidine nec som-
nus ad quietem. dies cladem, nox metum semper auge-
bit. | sic orbis terrarum paene ad solitudinem, certe ad f. 59^v
raritatem hominum redigetur. tunc et impius iustos 8
homines ac dicatos deo duobus et quadraginta mensi-
bus persequetur et se coli iubebit ut deum; se enim dicet
esse Christum, cuius erit aduersarius. ut credi ei possit,
accipiet potestatem mirabilia faciendi, ut ignis descen-
dat a caelo, ut sol resistat a cursu suo, ut imago quam
posuerit loquatur. quibus prodigiis inliciet multos, ut 9
adorent eum signumque eius in manu aut fronte susci-
piant. et qui non adorauerit signumque susceperit, ex-
quisitis cruciatibus morietur. ita fere duas partes exter-
minabit, tertia in desertas solitudines fugiet. sed ille 10
uecors ira implacabili furens adducet exercitum et obsi-
debit montem, quo iusti confugerint. qui cum se uide-
rint circumsessos, implorabunt auxilium dei uoce ma-
gna et exaudiet eos et mittet illis liberatorem.

Inst.: 66, 8 ... 9 morietur] 7, 17, 4–8 9 ita ... fugiet] 7, 16, 14 de ... remanebit. 17, 10 solitudines 10] 7, 17, 10 quo audito ... 11 liberet. 19, 1 ... 2 liberatorem

1 casse T, *sed cf. Thes. III 523, 34–37* ad formidinem B **2** quietem] requiem T metum] tecum T augebit semper, *ord. lineolis s.l. rest. (u. ad 51, 5)* B **3** certe ad *euan.* B **4** et *om.* B **6** se coli] saeculi T^1, *corr.* T^2 deum] dominum *ut uid.* B^1, *ras. corr.* B^3 *ut uid.* **7** esse ... credi] esse deum cum sit | antechristus qui ut erit ad | uersarius et *(s.l.)* ut credi B **9** a *ante* caelo] e B suo *om.* B **12** adorauerit] *post* i *eras.* n B **13** ferae, a *del. (ut saepe)*, B exterminauit B^1T, *corr.* B^2 **14** fugit B^{ac}, *corr. m.1 et 3* **15** *post* ira *eras.* m B obsedebit T; obsedit B^1, *corr.* B^2 **16** confugerint] *post* g *eras.* i T **18** illis] eis B

1 67. Tunc caelum intempesta nocte patefiet et descen-
det Christus in uirtute magna et anteibit eum claritas
ignea et uirtus inaestimabilis angelorum et extinguetur
omnis illa multitudo impiorum et torrentes sanguinis
current et ipse ductor effugiet atque exercitu saepe re-
f. 60^{r} parato quartum proelium faciet, | quo captus cum ce-
2 teris omnibus tyrannis tradetur exustioni. sed et ipse
daemonum princeps auctor et machinator malorum ca-
tenis alligatus custodiae dabitur, ut pacem mundus ac-
3 cipiat et uexata tot saeculis terra requiescat. pace igitur
parata compressoque omni malo rex ille iustus et uictor
iudicium magnum de uiuis et mortuis faciet super ter-
ram et uiuentibus quidem iustis tradet in seruitium gen-
tes uniuersas, mortuos autem ad aeternam uitam sus-
citabit et in terra cum iis ipse regnabit et condet sanc-
tam ciuitatem et erit hoc regnum iustorum mille annis.
4 per idem tempus et stellae candidiores erunt et claritas

Inst.: 67, 1–8] 7, 19, 2–26, 7 *passim* 67, 1 . . . angelorum] 7, 19, 2 tum . . . appareat. 4 . . . uocamus. 5 et descendet . . . angelorum 1 et extinguetur . . . exustioni] 7, 19, 5 tradet . . . 7 tradet 2 . . . dabitur] 7, 24, 5 . . . custodia 2 ut . . . 3 malo] 7, 19, 8 3 rex . . . annis] 7, 24, 2–4. 6; *cf.* 22, 7–11 4 . . . deminutionem] 7, 24, 7 . . . fiet

Auct.: **17–p. 115, 4** *cf.* Ioel 2, 23. deut. 11, 14

1 intempestate T **2** Christus *om.* B^{1}, *s.l.* x̅p̅s̅ B^{2} **3** uirtus] uis T; *cf. inst.* inaestimabilis] aest *in ras. m.2* B **5** exercitus*epe, *litt. eras. uix* a, *ft.* s; *sup.* p *add.* a *m.2* T **7** traditur T **8** auctor] c *s.l. m.2* T ⟨omnium⟩ malorum *coni. Br cl. inst.; cf. et opif. 19, 8 add. 4* catenis] c. igneis B, *sed cf. inst.* **10** *post* et *s.l. add.* ut B^{2} pacem T **11** parta B **12** terrã, ˜ *m.2?,* B **14** suscitauit B^{1}T, *corr.* B^{2} **15** iis] his B regnauit B^{1}T, *corr.* B^{2} **16** hoc *om.* B *ante* iustorum *eras.* e T **17** et *ante* stellae *om.* B

solis augebitur et luna non patietur deminutionem. tunc
descendet a deo pluuia benedictionis matutina et ues-
pertina et omnem frugem terra sine labore hominum
procreabit. stillabunt mella de rupibus, lactis et uini 5
fontes exuberabunt. bestiae deposita feritate mansues-
cent, lupus inter pecudes errabit innoxius, uitulus cum
leone pascetur, columba cum accipitre congregabitur,
serpens uirus non habebit, nullum animal uiuet ex san-
guine. omnibus enim deus copiosum atque innocentem
uictum ministrabit. | peractis uero mille annis ac re- 6 f. 60v
soluto daemonum principe rebellabunt gentes aduersus
iustos et ueniet innumerabilis multitudo ad expugnan-
dam sanctorum ciuitatem. tunc fiet ultimum iudicium 7
dei aduersus gentes. concutiet enim a fundamentis suis
terram et corruent ciuitates; et pluet super impios ignem
cum sulphure et grandine et ardebunt et se inuicem tru-
cidabunt. iusti uero sub terra paulisper latebunt, donec
perditio gentium fiat, et exibunt post diem tertium et
uidebunt campos cadaueribus opertos. tunc fiet terrae

Inst.: 67, 4 tunc ... uespertina] — 4 et omnem ... 5 exuberabunt] 7, 24, 7 terra ... inundabunt 5 bestiae ... sanguine] 7, 24, 8 5 omnibus ... ministrabit] — *(aliter* 7, 24, 15 ... uitam*)* 6] 7, 26, 1 7 ... opertos] 7, 26, 2 ... 4 tecta 7 tunc fiet terrae ... mortuorum] *cf.* 7, 26, 2 a motu ... abruptum; *aliter* § 4 sed et ... comburentur

4 procreauit B^1T, *corr.* B^2 **6** errauit T **8** uiuet] *alt.* u *in ras. m.2* B **10** uictu T ministrauit B^1, *corr.* B^2 **12** uenient, *alt.* n *eras.*, T expugnandam] e. delendamque B, *sed cf. inst.* ut inferant bellum **13–14** sanctoru[m ciui]| tatem t[unc fiet ul] *(in hac linea plures litt. fuisse uidentur)* |timu[m iudicium dei aduersus]| *in ima pag. plurima damno membranae euan.* B; *cf. ad 68, 1* **14** a] *s.l. m.2* T **16** sulfure B, sulpure T **17** terram B **18** fiat gentium, *ord. lineolis rest. (u. ad 51, 5)*, B

motus et scindentur montes et subsident ualles in alti-
tudinem profundam et congerentur in eam corpora
mortuorum et uocabitur nomen eius Polyandrium.
8 post haec renouabit deus mundum et transformabit ius-
tos in figuras angelorum, ut immortalitatis ueste donati
seruiant deo in sempiternum. et hoc erit regnum dei,
quod finem non habebit. tunc etiam impii resurgent,
non ad uitam, sed ad poenam. eos quoque secunda re-
surrectione facta deus excitabit, ut ad perpetua tormen-
ta damnati et aeternis ignibus traditi merita pro sce-
leribus suis supplicia persoluant.
f. 61^r 1 68. Quare cum haec omnia | uera et certa sint pro-
phetarum omnium consona adnuntiatione praedicta,
cum eadem Trismegistus, eadem Hystaspes, eadem Si-
byllae cecinerint, dubitari non potest, quin spes omnis

Inst.: 67, 7 et uocabitur . . . Polyandrium] — *(u. Br, adn. crit. ad inst. 7, 26, 4)* 8 . . . sempiternum] 7, 26, 5 8 et hoc erit . . . habebit] *cf.* 7, 6, 1 et simus . . . regnum 8 tunc etiam . . . persoluant] 7, 26, 6–7 68, 1–5] 7, 18, 1–8. 27, 1–16 *(pauca aliunde)* 68, 1 . . . cecinerint] *cf.* 7, 18, 1–8. 26, 8 . . . prophetarum 1 dubitari . . . posita] *cf.* 4, 28, 1. 30, 11 a quo . . . est *et supra ad 47, 1*

Auct.: **3** Polyandrium] *cf.* Ezech. 39, 11–12

1 scindent se montes B*; cf. inst.* **1–2** subsident . . . profundam] s. in a. ualles *(*e *ex* i *m.3)* profundae B **1** ualles] colles *codd. inst. 7, 26, 2* **2** ea, a *in ras., s.l. in ras. aut eras.* s*?,* B **4** trasformabit T **5** inmortali T*; u. Br ad l. et supra ad 59, 1* **6–7** et hoc . . . habebit *om.* B **7** etiam] et T **8** poenam] p *in ras. m.2?* T **9** tormenta] *pr.* t *s.l.,* o *ex* u T **11** suplicia T **12–13** [quare cum] ha[e]c omnia uera | [et certa sint profet]aru˜ | *in ima pag. plurima damno membranae euan.* B*; cf. ad 67, 7* **13** consonanti T **14** trismegestus B ystaspes, y *add. m.2,* B sybillae B^{1}T *(ut saepe), corr.* B^{3}

uitae ac salutis in sola dei religione sit posita. itaque 2
nisi homo Christum susceperit, quem deus ad liberatio-
nem misit atque missurus est, nisi summum deum per
eum cognouerit, nisi mandata eius legemque seruauerit,
in eas incidet poenas, de quibus locuti sumus. proinde 3
fragilia contemnenda sunt, ut solida consequamur,
spernenda terrena, ut caelestibus honoremur, tempora-
lia fugienda, ut ad aeterna ueniamus. erudiat se quis- 4
que ad iustitiam, reformet ad continentiam, praeparet
ad agonem, instruat ad uirtutem, ut, si forte aduersarius
indixerit bellum, nulla ui, nullo terrore, nullis cruciati-
bus a recto et bono depellatur. non se substernat in- 5
sensibilibus figmentis, sed uerum et solum deum rectus
agnoscat, abiciat uoluptates, quarum inlecebris anima
sublimis deprimitur ad terram, teneat innocentiam, pro-
sit quam plurimis, incorruptibiles sibi thesauros bonis
operibus adquirat, ut possit deo iudice pro uirtutis suae
meritis uel coronam fidei uel praemium immortali | tatis f. 61v
adipisci.

Inst.: 68, 2–5] *peroratio ex* 7, 27, 1–4. 7. 9. 14–16 *conflata nonnullis aliunde insertis; ad* 5 ut possit . . . adipisci *u.* 7, 5, 15 uirtutem . . . adipisci; *ad* coronam fidei 4, 25, 10. 6, 4, 11 *et supra 24, 11* 4 ut si . . . depellatur] *aliter* 7, 27, 3 sed his . . . ferenda *et e. g.* 5, 13, 17 *de persecutionibus nondum sublatis*

Codd.: **19** *de subscriptionibus codd.* BT *u. p. XXXIV sq.*

2 Christum *om.* B *(s.l. 2–3 litt. eras.), Br, Pe, sed cf. 67, 1* **3–4** per eum B, *recte recep. Br, Pe;* xpm *(i. e.* Christum*) tantum* T, *recep. Pf, alii, dubitanter Buen* **7** honoremur] *alt.* o *ex* e *ut uid.* B **8** ueniamus] fugiamus T **9** formet B*; cf. Br ad l.* **9–10** praeparet ad agonem *om.* T **12** depellatur] diuellatur B, *recte?* non] *hic recte incipientem faciunt § 5 Hm, Buen* subternat T **16** bonis] uobis T^1, *corr.* T^2

INDEX LOCORVM

Exhibentur loci in fontium apparatu (nota 'Auct.:' inscripto) allati (et tres ex libro 'Quod idola dii non sint' falso Cypriani dicto). Epitomes indicantur capita et paragraphi. Editiones auctorum Latinorum u. in: Thesaurus linguae Latinae – Index, Lipsiae 1990[2] (ibid. auctorum et operum compendia), Graecorum apud L. Berkowitz – K. A. Squitier, Thesaurus linguae Graecae – Canon of Greek authors and works, Oxonii et Noui Eboraci 1986[2]. 1990[3].

INDEX NOMINVM

Ad locos uncis ⟨ ⟩ inclusos u. adnotationem criticam.